

Colección: Filosofía Colonial / Fuentes

Fernando Braco OFM

ETHICA
Pars Secunda Philosophiae
(1795)

Transcripción, Introducción y Notas:

Celina A. Lertora Mendoza



FUNDACIÓN PARA EL ESTUDIO DEL PENSAMIENTO
ARGENTINO E IBEROAMERICANO
F.E.P.A.I.

FERNANDO BRACO OFM

PARS SECUNDA PHILOSOPHIAE - ETHICA
(1795)

Braco, Fernando

Ethica 1795 / Fernando Braco. - 1a ed. - Ciudad Autónoma de Buenos Aires : FEPAI, 2025.

Libro digital, PDF

Archivo Digital: descarga y online

ISBN 978-987-4483-66-9

1. Ética. I. Título.

CDD 170

© 2025 Ediciones F.E.P.A.I.

Queda hecho el depósito que marca la ley 11.925

Fundación para el Estudio del Pensamiento Argentino e Iberoamericano

Marcelo T. de Alvear 1640, 1º E – Buenos Aires

E. mail: fundacionfepai@yahoo.com.ar

FERNANDO BRACO OFM

PARS SECUNDA PHILOSOPHIAE - ETHICA
(1795)

Transcripción, Introducción y Notas

Celina A. Lértora Mendoza

**Buenos Aires
Ediciones F.E.P.A.I.**



Introducción

Celina A. Lértora Mendoza

El *Curso de Ética* de Fernando Braco OFM constituye la segunda parte del manuscrito copiado por Fr. Quintana en 1795, correspondiente al primer año del trienio filosófico del citado profesor. El manuscrito se conserva en la Biblioteca del Convento de Santo Domingo de Buenos Aires y su portada es la siguiente:

Cursus Philosophiae ipsius / partes compolectens Logicam, nempe Ethicam et [Meta]Physicam / Dictatus a Patre Fratre Ferdinando Braco / Catehdrae Artium Moderatore / in hoc Magno Convento Recollectionis Bonaerensis / Fuit inceptus / audiente Fr. Quintana / Die [...] Julii anno Domini 1795.

La Ética comienza en la p. 225 con un Índice General de las cuestiones que seguirán. En página 229 consta la carátula:

Pars secunda Philosophiae nempe / Etica / Dictata a Patre Fratre Ferdinando Braco / Catehdrae Artium Moderatore / In hoc Magno Bonaerensis Recollectionis / Caenobio / Ab ipsoque dicata Dei Matri almae in quam / tanta pulcritudo, tantaque puritas ut sub / Deo nulla major intelligi nequit, ut pote / sine labe culpae concepta / Electissimo etiam sponso Divo Josefo, quem / innumeris orationum donis meritisque / clara det concordi voce celebrant / domina Caelitum / Necnon et viro insigni plagarumque / Christi Portatrici Seraphico N. Subtilis / Fratris et filio ejus perfectissimo imitatori

*Doctorisque N. S. Bonaventurae cuius / doctrina, cujusque sanctitas
quasi ignis / fulgens, tamquam vas auri solidum ornatum omni
lapide praecioso florens / Me audiente Fratre Rai/mundo a
Quintana.*

El texto se interrumpe en la página 336 de la numeración actual (353 de la original) aunque se puede reconstruir el contenido de acuerdo al índice mencionado. Al contrario de otros cursos, como el de Anastasio Mariano Suárez, que dedican muy poca atención a la Ética, Braco presenta un proyecto completo, y que -a juzgar por la paginación- ha sido desarrollado íntegramente, si bien una parte se ha perdido. Consta de una Disputa inicial sobre los fundamentos de la Religión y cuatro Partes que son

- 1º. El fin último de los actos humanos, o el sumo bien del hombre
- 2º. Los actos humanos y sus reglas
- 3º. Las virtudes y los vicios
- 4º. Los “oficios” (deberes)

La traducción de esta obra, sobre la transcripción propia, ha sido publicada

Fernando Braco OFM

Curso de Ética

(*Segunda parte del Curso de filosofía -1795*)

Transcripción, Traducción, Introducción y Notas

Celina A. Lértora Mendoza

Buenos Aires - Ediciones F.E.P.A.I. - 2005

Aquí se presenta la transcripción completa, para la cual se han seguido las orientaciones generales en esta materia. Se han explanado las abreviaturas sin ninguna indicación y en algún caso se ha corregido la puntuación obviamente defectuosa. Teniendo en cuenta que el manuscrito

es copia de un alumno, tal vez con deficiente conocimiento el latín y dificultades para escribirlo correctamente al dictado, se ha corregido la ortograffía, ya que sus errores pueden ser imputados al escribiente, pero las peculiaridades sintácticas se han conservado, ya que corresponden al estilo del profesor.

La paginación original se ha corregido, contando todas las páginas útiles desde el comienzo del manuscrito; se conserva la distribución por línea del original. La numeración por párrafos es mía, la añado porque permite ubicar mejor las citaciones.

Teniendo en cuenta que la transcripción es un apoyo a los estudios de contenido, para que resulte más fácil la ubicacòn exacta se ha transcripto línea por línea, de cada página del original. Se han colocado notas específicas para los puntos que no quedan comprendidos en la aclaración general sobre la corrección del latín.

FRAY FERNANDO BRACO OFM

[p. 229]

Pars secunda Philosophiae nempe
Ethica
Dictata a patre Fratre Ferdinando Braco
Cathedra Artium Moderatore
⁵ Un hoc magno Bonaerensis Recolectionis
Caenobio

Ab ipsaque dicata Dei Matri almae in quam
tanta pulcritudo, tantaque puritas ut sub
Deo nulla major intelligi nequit, utpote
¹⁰ sine labe culpae concepta
Electissimo etiam sponso Divo Josefo, quem
innumeris orationum donum meritisque
clara det concordi voce celebrant
domina Caelitum.
¹⁵ Necnon et viro insitni plagarumque
Christi Portatrix Seraphico N. Subtilis
Fratre et filio ejus perfectissimo imita-
tori Doctorisque N. S. Bonaventurae cuius
doctrina, cuiusque sanctitas quasi ignis
²⁰ fulgens, tamquam vas auri solidum
ornatum omni lapide praecioso florens.
jme audiente Fratre Rai-
mundo a Quintana

[p. 230]

[p. 231]

IN SECUNDAM PHILOSOPHIAM PARTEM, ETHICAM VOCATA
TAM

PRAEFATIO

1. Parata jam per Logicam mente ad verum, ostensa que ei the-
5 semita, qua illudiosa attingens, quantum homini
fas est, tutto queat: ad illam philosophiae partem un-
lla mora gradum dum facimur. Carissimi in Domino Discipu-
li, quae animam ad suum objectum disponit, ac dirigit bonum
nempe, quo ipse isti mens ad verum, subapte naturaliter
10 et vehementissimis stimulis, quasi agitatur contendit
quantum propterea, pars ita non philosopho tantum
at hominibus singulis sit utilis super omnes alias sci-
entias, ex eo maxime patet, quod illa non magis docet, et
conducit ad finem ultimum, per exercitium virtutum,
15 quae docentur ab Ethica.

2. Illa enim praecepta tradet bene beateque
vivendi, et idem etiam Philosophia Moralis appellatur, a
moribus, quos dirigir mediis praeceptis. Mores autem sunt
propensiones aliquas in bonum, aut ad malum morale, qua
20 vel nobiscum naturae vel usum ac repetitiis actibus sunt, comparetur
quaeque proinde actibus humanis sive bnonis, sive malis pree-
vent originem.

3. Circa actionem humanam (quae nihil aliud
sunt, quam illae actiones factae ab homine ex concilio et deli-

²⁵beratione agente) tantum versatur Ethica. Non solae actiones humanae ad honestatis regulas conformari, et ad aeternam felicitatem dirigi possunt. Materia igitur seu objectum materiale Ethica sunt actiones humanae; objectum vero formale exprimitur his verbis: quatenus actiones humanae ad ³⁰ honestatis regulas intuitu finis ultimi sunt conformandae.

[p. 232]

Quare definire potest Ethica scientia practica, aut prudentia, quae circa actus humanos, quatenus ad honestatis regulas aeterna felicitatis intuitu conformandas occupatur. Explicatur definitio: hoc dicitur scientia, quia conclusiones ⁵ certas ex principiis certis deducit; v.g. ex hoc principio, *quod tibi non vis, alteri non facias*, colligyt non esse furandum, nec calumniandum. Dicitur secundo, practica, quia non conquirit in sola objecti contemplatione, sed ad praxis tendit; non enim est scopus Ethicae, ut morum regulas cognoscamus, sed ut actus nos- ¹⁰tros ad eas conformemur. Tertium, dicitur prudentia, id est, cognitio eorum, quae agenda sunt: nam prudentiae nomen propriæ scientia ejus, quod juxte fieri poteset, significat.

4. Quarto, versatur
circa actus humanus, id est, circa actus hominis huma-
¹⁵no modo agendis. Quinto: actus illos spectat, prout ad honestatis regulas intuitu beatitudinis aeternae confor- mandas; ad hoc enim instituta est Ethica, ut bene vivendas intuitu finis ultimi traddat. Regulae autem morum sunt lex aeterna, recta ratio, legesque omnes, quae ²⁰ ab his profluxere, de quibus suo loco dicemur.

5. Ordo quam sequor

in pertractanda hac utilissima Philosophiae parte erit,
eam dividere 4 in partes: agendo in prima de summo homi-
nis bono, sive de actuum humanorum fine. In secunda de acti-
²⁵bus humanis eorumque regulis. In tertia de virtutibus et
vitiis. Et in quarta denique de variis vitae officiis, quibus ho-
mines tunc erga Deum, tum erga se ipsos, tunc demum
erga alios homines tenentur. Sed antequam ad inves-
tigandas propositas partes, incipiamur, aliqua super
³⁰ religione (utpote fundamento et principio omnis recti-
tudinis) operae praetium dicere necesse est. Sit ergo

DISPUTATIO PROEMIALIS. FUNDAMENTALIA RELI-
GIONIS PRINCIPIA EXPENDUNTUR

[p. 233]

**6. Potest spectare religio, vel ut aliqua collectio veritatum
specularum, et practicarum quarum destinatio est, ut ho-
minem tunc in sua fide, tunc in suo cultu, tunc in suis mo-
ribus regant, vel ut interior aliquis animae habitus, qui persa-
⁵ latares illas veritates irradiat et regit hominem.**

7. Religio sub

priori respectu spectata nihil aliud est, nisi collectio et summa
Dogmaticarum illarum veritatum, quas nobis manifesta-
runt relatae ad cultum et ad mores, tunc sana ratio, tunc
¹⁰ divina revelatio, seu religio naturalis et religio revelata.
Religio sub posteriori respectu spectata nihil est, nisi inter-
nus quidam, animae nostrae habitus, quo supremum naturae

omnis auctorem et arbitrum reveremur et amemur, quo ipsi docens. Expedimur ipsi imperanti, aut vetanti optempera-¹⁵mur. Hinc duo sunt essentialia constitutiva practica omni religioni, scilicet, praestitus Deo cultus et praestita divinae leges obedientiae, alterutro deficiente, deficit omnis practica religio.

8. Dividitur religio in naturalem et revelatam. Religio naturalis est interior illa naturae et relationis vox qua admonemur et edocemur existere supremum aliquid in natura visibile numen, a quo pendeant omnia et cui cultum et obsequitum debeamus; existere in nobis obligatoriam aliquam legem quam violare sit nefas et sce-²⁵lus. Religio revelata est collectio illarum veritatum speculativarum aut practicarum, quas a naturali ratione non auximur, sed ab aliqua supernaturali ma-} nifestatione.

[p. 234]

QUAESTIO 1^a:

UTRUM ALICUJUS IN GENERE RELIGIONIS NECESSITAS SIT ?

9. Supponimus primo tanquam certum existere Deum, ens nimirum infinite perfectum in omni perfectionis gene-⁵re, Auctorem naturae visibilis et motorem. Supponimus secundo inesse homini praeter corpus organicum substantiam spiritualem liberam et immortalem. Constat haec suppositiones ex metaphysica, ubi videbimus agendo de illa. His suppositis sit.

10. Conclusio fundamentalis.

Ab idea Dei evidenter existentis et insitam omnem,
in se perfectionem essentialiter complectentis, manifeste
fluit necessitas legitimi alicujus Deo deferendi cultus, di-
vina alicujus fideliter observandae legis, ac proinde necessi-
tas sanctae alicujus habendae et exercendae religionis. Probatur
conclusio. In idea entis complectentis insitam omnem in se
perfectionem actu existentem, evidenter et essentialiter
includitur et supremum in homine dominium en necessa-
riis ordinis amor. Cum evidenter melius sit habere quam
non habere, utrumque illud habitu, cum utrumque sit perfec-
tum in se simpliciter simplex; atqui ex duplice illo essen-
tiali Dei attributo sequitur necessitas legitimi alicujus cultus Deo
deferendi, necessitas divinae alicujus legis fideliter observan-
dae, ac proinde necessitas sanctae alicujus habendae et exer-
cendae religionis, cuius fundamentalia duo constitutiva sunt
praestitus Deo cultui, praestitaque divina legi observantia, ergo.

**11. Probatur prima pars minoris: sumnum in Deo dominium
importat summam in homine dependentiam, summa et essentia-
lem supponit homini obligationem referendi Deo et se, et sua
res ex supremo Dei in homine: dominio fluit necessitas cultus
alicujus legitimi Dei deferendi. Demonstratur consequentia:
si legitimus nullum Deum cultum deferat homo, jam vanam reddi**

[p. 235]

essentiale suam dependentiam, cuius nullam exercet functio-
nem, jam itaque sua Deo supremum in suas omnes creaturas
dominium habenti refert, essentialeque sibi impositam obliga-
tionem ingratus rebellis.

5 12. Ergo exigir supremum Dei in hominem dominium, exigit summa et essentialis dependentia hominis a Deo, ut legitimum aliquem Deo cultum deferat homo: Deo existentiae suae, auctori per internum suae dependentiae sensum per internum et externum aliquod ejusdem dependentiae exercitium. Deo suae omnis praesentis et futurae sortis, ubique arbitrio, per internum suae indigentiae sensum, per imploratam praecibus, et sacrificiis opem ipsius, et beneficentiae; Deo suae omni praesentis et praeteritae felicitatis principio et fonti, per memorem acceptorum beneficiorum animum, et per internam aliquam et externam grati memorisque, illius animi manifestationem: Deo parenti suo et paternum ipsi amorem ubique exhibendi; per filialem animi sui amantis, et amando ad amantis affectum; ergo. Ab idea Dei supremum in hominem dominium essentialiter habentis fluit necessitas alicujus legitimi cultus Deo deferendi, fluit fundamentale religionis constitutivum.

13. Secundo: ab idea Dei necessarium ordinis amorem in se essentialiter complectentis fluit, divinae¹ alicujus legis observandae necessitas; ac proinde necessitas alterius ex fundamentalibus duobus religiones constitutivis. Demonstratur antecedens: si existit Deus, si existit ens infinitam omnem in se perfectionem essentialiter complectens, evidenter repugnat deesse illi Deo, illi infiniti perfecto enti amorem orinis; nam amor ordinis evidenter perfectio est. Si Deo inest necessitas ordinis amor, ergo hominem humanis regendum cupiditatibus non tradidit, aut permisit Deus. Nam pleraque hominum cupiditates sunt evidenter ordinis inimicae.

14. Si Deus humanis cupiditatibus hominem

¹ Lectura dudosa.

regendo non tradidit, aut permisit, ergo humanis cupiditatibus

[p. 236]

frenun aliquod impossuit, et limites aliquos non praetergredien-
do assignavit Deus. Si Deus humanis cupiditatibus et frenum
aliquod impossuit et limites aliquos assignavit non praetergre-
diendos: ergo existit aliqua divina lex, quae alia vetet, alia
⁵ imperet, alia permittat, et quae inviolabiliter observari exi-
gat, tum supremum Dei in hominem dominium, tum summa
et essentialis dependentia hominis ab auctoritate divina
aliquid vetante, aliquid aut imperante.

15. Unde ab idea Dei infinitam

¹⁰ omnem in se perfectionem continentis, fluit essentialis in
ipso amor ordinis. Ab essentiali illo ordinis amore
fluit, et derivatur necessitas et existentia divina alicujus
legis per quam, quaedam vetentur ut in honesta et injus-
ta, ut in se mraliter mala, quia forent ordinis essentia-
¹⁵ lis, et aeterne perturbativa et destructiva; per quam
quaedam alia imperentur, ut honesta et justa, ut in se mora-
liter bona; quia sunt ordinis essentiali et aeterno confor-
mis. Ab existentia divinae illius legis fluit distinctio boni
et moralis, seu distinctio justi et injusti, honesti et dishonesti,
²⁰ liciti et illiciti, de qua distinctione adhuc agetur inferius.

16. Omnem hanc demonstrationem paucis subsumo
et resumo. Ab idea Dei supremum in hominem dominium
essentialiter habentis fluit evidenter necessitas legitimi alicujus
cultus Deo deferendi. Ab idea Dei necessarium ordinis amorem
²⁵ in se essentialiter complectentis, fluit evidenter necessitas sanc-

tae alicujus legis a Deo indefecibiliter sancitae, et ab homine fideliter observandae. Ecce tibi religionem; ecce tibi sanctae alicujus religionis necessitatem ex intimis Dei ad hominem, et hominis ad Deum relationem resultantem.

³⁰ Corollarium primum

17. Debetur enti supremo, tum interior tum exterior, aliquis cultus. Demonstratur: fluit et derivartur utriusque illius cultus obligatio, tum ex natura hominis, tum ex natura ipsiusmet cultus. Fundatur primo obnligatio ipsius ³⁵ cultus interioris in epo quod praecipua pars com-

[p. 237]

positi humanisque a quo legitimum deberi Deo cultum, demonstrabimur, est ipsamet anima, ad quam proinde spectare praecipue debet obligatio dependenti a Deo, sese referendi ad Deum; tum in eo, quod religioni omnes sensus aut effectus adorationis gratitudinis obsequit, fidei, spei, amoris, in quibus praecipue consistit, et sine quibus nunquam potest existere verus in Deum cultus, suam essentialiter habent in intima anima sedem et originem

18. Fundatur secundo obligatio cultus exterioris, tum ¹⁰ in eo quod aequum, et necessarium est, ut pars materialis compositi humani suum quoque creatori suo praeest obsequium: tum quia cultus interior, ita alitur, ita indiget cultu exteriori, ut vis ille posset sie illius auxilio existere, aut subsistere, ergo cultus interioris

¹⁵ necessitas, et obligatio importat necessitatem et obligationem cultus exterioris.

19. Quod ex exteriori cultu summopere pendent cultus interior experimentali nobis observatio-
ne nostra constat. Quam facile enim in suo cultu reli-
²⁹gioso aut in attenta evagatur, aut frigira torpe humana
mens, nisi modesto et suplici corporis habitu, nisi pio et
augusto, aliquo divinorum misteriorum appareris, et
spectaculo ad Deum, quasi impellatur, et Deo quasi fixa
retineatur, ergo ex necessitate cultus interioris fluit cultus
²⁵exteriori necessitas.

Corollarius secundum

20. Debetur divina legi, tum aeterna, tum positivae, sanc-
tum et fidele ubique obsequirum. Demonstratur; nomine
legis aeterna intelligimus divina illa praecepta, sive positiva sive
³⁰ negativa, quae Deus intelligitur homini-
bus necessitas, in quacumque hypothesi possibili, quae ab essen-
tiali rectitudine divinae voluntatis, ordinem necessario aman-
tis intelliguntur fluere et dimanare, tale est praeceptum
vitans blasphemiam et perjurium, tale est praeceptum
³⁵ imperans adhiberi fidem Deo, aliquid develanti, praesta-

[p. 238]

ri obsequium Deo aliquid prohibenti aut vetanti.

21. Nomine legis positivae
intelligimus divina illa praecepta, quae Deus hominibus

libere impossuit, quae hominibus poterat vel imponere vel non
5 imponere divina voluntas essentiali sua rectitudine et
essentiale suo ordinis amore. Ad talem rem imperandam
au vetandam nullatenus necessitata, tale fluit paecep-
tum abstinendi a comedendo tali paradisi pomo terrestri.

22. Ex simplici illa divinae legis aeternae et positivae notitia
10 fluit plausibiliter secundi hujus corollarii veritas.
Non debetur legitimo evidenter exercitium sanctum et fide-
le obsequium?; atqui divina lex tum aeterna, tum positiva
est evidenter legitimis supremi auctoritatis exercitium,
ergo debetur, etc. Patet major, nam jus imperandi in Deo im-
15 portat essentialiter obligationem obsequendi in reatura.

23. Patet pars prima minoris, nam quod ex essentiali
sua rectitudine et ex essentiali suo ordinis amoris praecipit,
illud legitime praecipit Deus. Patet pars minoris
posterior. Nam exigit summum Dei in creaturas
20 suas dominium ut possit exercere illud non his ma-
nentibus, sed etiam in rebus a liberrimo divinae voluntatis
arbitrio penitus dependentibus. Exigit
summa creaturae a Deo dependentia, ut summo Deo
obsequirum exhibeat homo non modo in rebus, quae
25 sibi necessario, sed etiam in rebus quae sibi a Deo libe-
rrime praescribuntur.

Corollarium tertium

24. Debetur humanis legibus exterius et interius
obsequium. Nomine legum humanorum intelligimus
30 generales quasdam constitutiones ab humana aliqua
auctoritate legitima sancitas, et in commu-
ne societatis bonum observare juvat; atqui

[p. 239]

talibus constitutionibus debetur exterius et interius
obsequium, et sic demonstratur.

25. Cum penes sit

Deus velim mediate per se ipsum, vel mediate
per auctoritatem aliquam ab stabilitas aut consuetas
hominibus obligationes imponere legis: evi-
dens est, debere idem obsequio, ac proinde obsequio exterius
simul et interius, tumn legi a Deo immediate tantum
emanandi qualis est omnis lex humana ab aliqua legitи-
ma auctoritate sancita. Quod autem legitima omnis
auctoritas humana in sua legislatione vestiatur
et consecretur, ipsamet Dei auctoritate, id neque civi-
habenti sanas ordinis ideas, neque Christia-
nis fundamentalibus divinae suae religionis prin-
cipiis imbuto dubium esse potest.

Corollariuum quartum

**26. Expositis et demonstratis principiis in haec quaestione
fluere intelliges, sentiesque fundamentales istas observa-
tiones. Hinc intelliges et senties, quam rationi con-**

**20 sonies sint illae naturae nostrae impulsus et instinctus, quo
ad aliquam religionem omnes inclinamur oculos ab
oriente ad occidentem, ab uno ad alterum mundi po-
lum conicie. Humanas omnes societas politicas,
omnes legibus nationes, aliqua deprehendes religioni
25 imbui, qua ad supremum aliquod lumen sese refe-
rant, et qua mutuo inter se quasi conectantur.**

27. Hinc intelliges et senties quam ratione obsona
sit impietas Epycurii Religionem referentis inter
fabulosa humani ingenii figmentu. Naturam simul
³⁰ et religionem exhuisse et ejurasse necesse est,
cum cui fictitium et fabulosum videri potes in ipsum

[p. 240]

quod ut reale et verum ipsa enuntiae natura et ipsa de-
monstrat ratio.

28. Tertio. Hinc intelliges et senties, quam vas-
ana et absurda sit impietas Macchivellis asserentis
⁵ religionem ortam esse ex sola principium arte et fraude.
Religione abussi sunt interdum politici, non quia
religionem in mente populorum parturierunt, sed quia
religionem in mente populorum ubi existentem repe-
runt. Quis diceret humanas cupiditates ab arte et
¹⁰ fraude principum esse natas? Quia humanis interdum
cupiditatibus fraudulentibus abussi sunt politici principes.

Solvuntur objectiones

29. Objicies 1º. Cultu nostro nullatenus indiget Deus, ergo
Deus nostrum non exigit cultum. Respondeo: concedo antecedentem et nego
con-
¹⁵sequentia. Supponit absurdum illum deistarum ratiocinium
nullam inesse Deo voluntatem nisi quae ab aliqua indigen-
tia determinentur; quod est evidenter falsum. Mundo
enim nostro existente nullatenus indigebat Deus, et

tamen voluit Deus nostri existentiam, mundi. Et ergo
20 divinae nobis voluntates innotescant, non quaerendum nobis
est quibus rebus indigeat Deus, sed quid divinam quid humanam
deceat naturam. Porro divinam naturam evidenter
decet exigere aliquam cultum ab homine, quem in suam
essentialiter gloriam creavit; humanam naturam
25 evidenter decet sua uti rationem, et supremum suae exis-
tentiae auctorem et arbitrum agnoscat, dilaudet, reve-
renter diligat, imploret, adoret.

30. Instabis. Cultus nos-
ter est ex sua natura finitus et imperfectus, ergo cul-
30 tum nostrum non exigit Deus. Ut quid enim exigeret
Deus cultum, infinita sua majestate, nullam gloriam

[p. 241]

adiuntur. Respondeo: concedo antecedentem et nego consequentiam. Suppo-
nit iterum vesanum illum deistarum ratioci-
nium nullam inesse Deo voluntate, nisi quae ter-
minentur ad objecta infinita, quod est evidenter fal-
5 sum. Voluit Deus existentiam Mundi hujus as-
pectabilis: nec tamen objectum in se est mun-
di hujus aspecitabilis existentia. Quid divinam,
quid humanam deceat naturam speculandi ite-
rum spendet, atque iterum intelliget quid exigit
10 ab homine, creator homis Deus.

31. Porro naturam
humanam manifestissime decet ipsa ratione judi-
ce, ut quantum in se est, sua utatur ratione ad

honorandum sui creatoris et parentis Dei infinitam
¹⁵ majestatem Divinam naturam manifestissime
debet, ut gratum et acceptum habeat pium illud
conatum, quo Creatori et benefactori suo place-
re filiale reverentiam, exhibere, omnem dare
ex tota sua anima ambit et certat homo.

²⁰ **32.** Ad probatio-
nem nego quod cultus noster sit infinita Dei majes-
tate indigna, quorum Deo indigna foret sanctissima et perfec-
tissima operatio entis a Deo operatur; intrinseca Dei
gloria et essentiali Dei felicitate nihil equidens addit
²⁵ cultus noster, et addit aliquid extrinsece Dei gloriae
et accidentalis Dei felicitate, quem necessario adjubare
debet pius amor, et pium obsequirum suarum creatu-
rarum intelligentium, cui necessario debet esse gratum
et placidum, quod ubique regnat ordo rerum ab
³⁰ ipso constituitur, quod ubique adimplentur et obtienantur
fines ab ipso intenti.

33. Objicies 2º. Ab obligatione
cultus et leges potest Deus hominem solvere et exi-
mere, ergo ab idea Dei non fluit necessitas legitime alicujus

[p. 242]

Deo deferendi, divina alicujus legis fideliter obser-
vandis. Probatur antecedens: Deus est summe liber ad agendum vel non
agendum, ergo potest Deus hominem a tali obligatione solve-
re. Respondeo: nego antecedentem. Ad probationem distinguo antecedentem.
Deus est summe

⁵ liber ad agendum vel non agendum ubi nihil est rebus
agendis aut non agendis quod Deum dedecet, quod sibi
Deo indignum, concedo antecedentem: ubi est aliquid in rebus agen-
dis vel non agendis quod dedebeat Deum, quod sit
indignum Deo, nego antecedentem et consequentiam.

¹⁰ **34.** Nulla Deo inest
necessitas agendi aut non agendi ad extra; sed si vellit
ad extra agere, per essentialem suam sapientiam et
rectitudinem necessitatur Deus agere modo, qui et
ipsum et ipsus deceat creaturas. Porro et Deum et homi-
¹⁵nem summe decet, et cultus et lex. Non potest Deus
a se amovere rationem finis ultimi; non potest sese ex
uere supremo suo in suas creaturas dominio;
non potest essentialem suum ordinis santitatisque amo-
rem excutere; ergo tenetur Deus id exigere quod ab illis
²⁰ divinitatis attributis necessario exigitur.

35. Instabis 1º. Sunt
quidam hominem, qui nec ullam observant legem, nec ullam
deferunt Deo cultum; ergo nec necessariis est cultus
neque necessaria est lex. Respondeo: concedo antecedentem, et distingo conse-
²⁵quentem; ergo neque necessarius est altar, neque necessaria est lex
necessitate secutionis, concedo consequentem; necessitas obli-
gationis, nego consequentiam. Cum homo sit liber potest et
cultum et legis execusionem ommittere, ad obliga-
tionem cultus et legis exuere.

³⁰ **36. Instabis 2º.**
Ad obligatione divinae legis vetantis furtum, prohi-
bentis poligamiam, solutum est Deum populus israe-
liticus; ergo potest Deus hominem ab obligatione legis
solvere. Antecedens est verum: nam ab omni aevo

³⁵ licita fuit apud Hebraeos poligamia, et sui finem

[p. 243]

aegyptias est servitutis populis Israeliticus ju-
vente suo legislatore Moyse multa jurando abs-.
truit ab Aegypto.

37. Respondeo. Divina lex alia est aeterna

⁵ et necessaria, alia positiva et libera. Ab obligatione posterioris homines solvere et eximere potest absolute Deus, ab obligatione prioris non potest. Prima lex poligamia prohibens, videtur pertinere ad legis Dei positivas et liberas. Unde penes fuit supremum legislatorem sapientissimis de causis ¹⁰ ab obligatione talis legis aliquando solvere et eximere aliquam humani generis portionem. Secundo: lex fur- tum prohibens videtur pertinere ad legem Dei aeternam et necessariam. Furtun enim sibi nominis spectati sonat et importat iniquam rei alieane ablationem, ¹⁵ quam essentialiter repugnat esse justam et licitam.

38. Verum potest aliquando denomi-
natio furti perperam attributi alicui actioni in qua nullus sit furtum proprie dictum. Talis est actio hebraeorum Aegyptios expoliantium. Justa enim et ²⁰ licita fieri potior actio haec, quamvis in se furto simili; vel jure juste indemnitatis a Deo approbatae et improbatae, vel jure justi belli. Hinc tyrannicam gen- tem, hinc et nunc incipientis, vel jure justae defensionis talibus auxiliis aut fugiendo absolute indigentis, vel ²⁵ jure juste proprietatis sive a supremo rerum

omnium Domino translatae; ex generalibus uti solutionem principiis facillime fluit solutio innumerarum aliarum cavillationum, quibus ubique foecundus et hirsutum² reperis deismum, et quibus ab ipso indesinenter im-³⁰periter vel necessitas legitimi alicujus cultus Deo deferendi, vel necessitas divinae alicujus legis fideliter observandi.

39. Cavo tamen ne existimes unam mentem

[p. 244]

et communem quemdam sententiam esse omni deis-
tarum gregi. Apud ipsos tot capita quot discordes sunt
sensus, alii omnino nullum cultum volunt, alii solum
cultum interiorem admittunt. Aliis nulla est divina lex,
⁵ alii instar divina legis et lex naturalis, ita tamen
ut illa vim omnes suam obligatoriam trahat non a
Deo ipso, sed ab humana sola ratione incerto et instabi-
li cognitionum suarum fluctus deferuntur, tandem et
delabuntur plerisque omnes deiste in inectam opinionem tole-
¹⁰rantismi, et de quia nunc nobis urebitur habenda est ratio.

QUAESTIO SECUNDA:

AN INTER PLURES RELIGIONES DIVERSAS LICEAT
HOMINI HANC AUT ILLAM AD ARBITRIUM
AMPLECTI AUT SEQUI?

¹⁵ **40.** Exponitur tolerantismi irreligiosa hypothesis. Nomine

² Lectura dudosa, no hace sentido.

tolerantismi intelligimur vesanam hanc opinione
quae supposita religionis alicujus necessitate, omnem in-
diferentem religionem qualemcumque admittit et appro-
bat tamquam Deo gratam et acceptam, tamquam homini ad
²⁰ suam omnem destinationem perducendo, utilem et suffi-
cientem. Stupide caecitas, perfidave irreligio est totum evidenter
tolerarismus. Stupida caecitas, si videndis et sentien-
dis verae religionis characteribus distinctis, vis sit im-
par. Perfida irreligio si nullum inter varias religiones vult
²⁵ admitti discrimen, ut ex falsarum consentio vilescaet et
pro divina haberi desuescat vera religio. Hoc supposito

41. Sit conclusio prima.

Necessaria haec religio qua Deo oportet uniri homines, non est qua-
cumque indifferenter, ita ut inter plures religiones diversas
³⁰ liceat homini hac aut illam qualemcumque ad arbitrium
amplecti aut sequi. Probatur conclusio. Neque absurdia, neque

[p. 245]

ignara, neque impura est divinitas; ergo nec peperisse
nec approbare, nec gratas olim habuisse aut nunc habere
potest divinitas eas religiones quasque inest manifesta aliqua
absurditatis, aut ignorantiae aut impunitatis, nota sub ser-
⁵mo; atqui tales multa sunt religiones, ergo multae sunt
religiones quarum non auctor est, quas non approbat, quas
gratas non habet Deus.

42. Probatur subsumpta. Evidenter absurdia et
impura fuit olim, evidenter absurdia et impura est etiam
¹⁰ nunc idolatria. ineptis fabulis absurdidis, delirius stupi-

dis, erroribus tota manifeste scatet et constat. Mahometana religio voluptates inflammare, potius quam coercere nata; nego talibus religionibus coli et honorari potest³ divinitas, nego talibus religionibus Deo uniri, in sui cultu et
¹⁵ in suis moribus regi non potest homo; ergo necessaria illa hominis religio non est indifferenter haec aut illa, at irreligioso et absurdum vissum est tolerantismo.

43. Conclusio secunda.

Tum in his, quae docet, tum in his quam praecipit fixam et
²⁰ determinatam esse opportet religionem a Deo dimanantem et hominem Deo uniri destinatam. Probantur conclusio; sive per rationem naturalem, sive per supernaturalem revelationem emanari in nos religio evidens est, ipsum esse non posse sibi contrariam et oppositam, ipsam esse debere in his quae docet
²⁵ et praecipit fixam et determinatam. Primo religionem a Deo emanantem oportet esse fixam et determinatam in his quae docet seu dogmatibus suis speculativis a Deum, ad hominem, ad aliud quocumque objectum pertinentibus, nam veritas est in se essentialiter una et indivisibilis, aeterna et invariabilis; ergo
³⁰ quod⁴ verum est, circa naturam alterius cujuscumque objecti illud ubique verum esse necesse est, ergo ex duobus religionibus de Deo et homine aut de illo quocumque objecto diversaque opposita docentibus, alteram esse falsam et a Deo non dimanantem necesse est.

³⁵ 44. Secundo: religionem a Deo dimanantem

³ En el original: *non potest*, por el sentido debe suprimirse *non*.

⁴ El original añade: *circa natura hominis aut alicubi*, que no hace sentido.

[p. 246]

oportet esse fixam et determinatam in iis quae praecipit seu in dogmatibus suis practicis ad mores et ad cultum relativis. Ideo⁵ quidem quod fixa et determinata esse debeant pracepta moralia religionis a Deo dimanantis facillime intelligitur. Nam infinita Dei sapientia et sanctitas sunt aeternus et invariabilis ille fons unde fluit fundamentalis morum regulas, quod alicubi vetat tamquam crimen alibi praecipere non potest tamquam virtutem aeterna Dei ratio et voluntas; ergo eadem ubique esse debent fundamentales morum regulae.

10 45. Ubi autem aeterna et naturali legi positivas quasdam leges, quas positivas quasdam morum regulas addit legislator Deus, positivae illae leges, positivae illae morum regulas, etiam et determinata sunt respective nationis illius cui sunt imposita. Deinde quod fixus et determinatus esse etiam debeat ipse cultus religionis a Deo dimanantis non difficile concipiatur. Nam quasi per semetipsum ubique fixus et determinatus est cuius interior, cuius essentia est amor Dei, fides et spes in Deum veneranda Dei, Dei adoratio memor, et gratus in Deum affectus, internum mentis et cordis Deo obsequium.

20 46. Nec minus debet fixus et determinatus esse cultus externus, nec per vitiosam caecae multitudinis ignorantiam, brevi convertatur ille aut in cultum superstitionis et absurdum, aut in cultum ferocem et barbarum, aut in cultum impurum et flagitiosum, qualem nobis utique exhibuere nationes supernaturali lumine destitutae, et qualem Divinitas numquam potest

⁵ Texto manchado, *ideo* por el sentido.

gratum et acceptum habere; ergo tum in suo cultu, tum in sua morum regula, tum in suis dogmatibus mere speculativis, fixam et determinatam esse oportet religionem a Deo emanantem, et hominem Deo uniri destinatam.

47. Corollarium.

Non multiplex, sed unica et evidenter est religio quae in suo cultu, et in sua morum regula, et in suis dogmatibus speculativis fixa et determinata est.

[p. 247]

QUAESTIO TERTIA:

UTRUM IN PRAESENTI IGNORANTIA ET DEPRAVATIONIS
STATU, RELIGIO HOMINI POSSIBILIS ET DEO DIGNA DE-
BEAT ESSE REVELATA

⁵ **48.** Nomine revelationis divinae intelligimur supernaturalem hanc quamcumque Dei actionem, per quam nobis nota aut certa fit speculativa aut practica, aliqua veritas cuius cognitionem aut certitudinem ex naturali nostrae retionis lumine non hausimur, triplici modo notas aut certas ¹⁰ facit nobis Deus eas omnes veritates, quas revelatas nuncupamus, et quas in Scriptura Sacra aut in sacra traditione depositas veneramus.

49. Primo: per viam revelationis proprie dictae, sic in mente suorum olim Prophetarum parturit Deus supernaturaliter ideas ¹⁵ divinorum misteriorum aut rerum futurorum repraesentativas. Secundo: per viam divinae impulsionis; sic sacros in antiqua et in nova lege historicos movit et impulsit supernatura-

liter Deus ad scribenda facta illa historida, quorum teste
ipsi fuerant, et quae ab idoneis testinus acceperant, et ad excluden-
²⁰dam omnem a su narratione falsitatem. Tertio: per viam pro-
videntiae specialis; sic suae Ecclesiae providet et assisit Deus
efficaciter impediendo, ne in illum unquam errorum labatur illa
in suis definiendis et sanciendis quae ad dogmata, aut ad cultum aut ad
mores pertinent. Quod certum et indubita-
²⁵tum sit omne revelationis divinae objectum nostrae rationi pree-
vium et impraevium constat, et patet ex essentiali rerum
exigentia ex ipsamet idea Dei falli et fallere essentiali-
ter nescit. Sit

50. Conclusio.

³⁰ In praesenti illo ignorantiae et depravartionis statu, quem
in natura humana ubique observamur, ut possiblisi sit homini

[p. 248]

religio Deo digna, ipsam necesse est esse a Deo revelata.
Probatur primo conclusio. Ad dignam Deo religionem cognoscendam
et habendam, duplex dumtaxat est nobius medium aut via, ratio scili-
cet et revelationem, ergo si ad manifestandam et dandam nobis religio-
⁵nem Dei dignam non sufficiat ratio, necessaria est revelatio. De-
monstratur antecedens. Si ratio sufficeret ad determinandum cultum Deo
deferendi, ad determinanda legis divinae preecepta ubique observan-
da, ad dandam homini religionem Deo dignam, sufficiens fuisse
illa egregiae antiquitati, divina revelatione distitutae; falsum
¹⁰ [est] consequens, ergo et antecedens. Patet major. Quantis enim lumini-
bus irradiata fuit egregia antiquitas in his rebus,
quae simplici patuere rationi? Constat variis anti-
quarum omnium nationum historiis minor, scili-

cet, insufficientem fuisse rationem ad dandam egregiae antiquitati¹⁵ dignam Deo religionem.

51. Primo: non sufficiens fuit ratio **multitudini**, quae absurdum et impurum idolatriae genus homine incubenda sibi religione peperit, et secuta est quae divinitatem posse et deliriis et parricidiis, et impudiciis honorari inepte et turpi-²⁰ter existimari. Secundo: non sufficiens fuit ratio ipsem et sapientibus, quantos in errores, tum circa divinitatem, tum circa morum regulam illi abierunt? Alii divinitatem ab orbe expulerunt, aut a materia non distinxerunt. Alii divinitate aut fatalem necessitatem, aut absurdam inertiam, aut caecam²⁵ ignorantiam aut chimaericam et ridiculam multiplicitatem affirmarunt.

52. Non perversa et pessumdata minus fuit ab ipsis regula morum quam idea divinitatis. Finem et beatitudinem homines in voluptate Epicurus, in imaginatione nescio quo virtutis si-³⁰mulacro possuit Zeno, leges asiaticorum populorum pleraque incestum et poligamiam. Leges romanorum et atheniensium fornicationem et divortium permissere et approbabere. In eo sese potissimum exhibuit excellentia maximorum ingeniorum divino revelationis lumini destinitorum, quod maximos

[p. 249]

circa religionis imparturierunt errores.

53. Tertio, unde sic concludo: insufficientis fuit egregiae antiquitas ratio ut dignam Deo religionem sibi cuderet, ergo nobis insufficientis foret; ergo si necessaria est nobis religio Deo digna, debet illa

religio
in nos ab alio fonte dimanare quam corruptione, ergo per revelationem
⁵ dari nobis necesse fuit dignam Deo religionem.

54. Demonstratio secundae: si nulla existit revelatio divina, oportet quemlibet, aut arbitriam, sequi religionem, aut aliqui sibi religionis systema cudere. Nihil enim medium est in hypothesi, necessariae alicujus homini religionis. Si arbitriam ¹⁰ quisque religionem sequitur, ecce tibi hominem ineluctabiliter expositum periculo deferendi Deo cultum insanum aut impurum, sequendi vitiosas et flagitiosas morum regulas, subjacendi religiosi delirii superstitionibus, execrandis vitiis fanaticis sceleribus aut furoribus conflacta qualis monstrui possibilitatem nobis ubique terrarum exhibuit ¹⁵ antiqua et recens idolatria.

55. Secundo, si religionis sibi sistema cudere quisque tenetur evidentissimum est religionem, quam cuique necessaria videmur futuram esse impossibilem maxime hominum parti, talibus meditationibus. Impari quod asserere aut admittere absurdum est et ²⁰ contradictorium. Tertio, unde demonstrationem hanc omnem sic paucis resumimur. Religio est manifeste necessaria tum ex parte Dei, tum ex parte hominis, ergo inesse cuilibet religionem oportet. Non quaelibet religio est digna Deo grata et accepta Deo, ergo Deo digna habenda est religio determinandae Deo religioni placituri. Deo digna non sufficiunt sola rationis lumine. Ergo necessarium est revelationis lumen. ²⁵

Solvuntur objectiones

56. Objicies 1º. Non tenetur Deus ad supernaturalem revelationem homini faciendum, ergo necessaria non est illa supernaturalis revelatio. Confirmatur quia solo religionis naturalis lumine ³⁰ sufficienter eruditur et regitur homo in his omnibus, quae perti-

nent ad naturam Dei cognoscendas, ad cultum Deo deferendo, ad regulam morum observandam. Ergo melius omnino necessitatis est revelatio supernaturalis.

57. Respondeo primum: distinguo antecedentem. Non tenet Deus ad

[p. 250]

supernaturalmen revelationem homini faciendam absolute, concedo antecedentem; hypothetice nego antecedente, et sic distinguo consequentem et nego consequentiam.

Tenetur Deus, ut possit assequi finem a Deo destinatum, hypothetice ad danda homini auxilia, hac omnia quae necessaria sunt. Ad ⁵ hunc finem assequendum necessaria est homini religio a Deo digna. Religionem Deo dignam habere non per homo sine revelatione supernaturali, igitur necessaria est revelatio supernaturalis.

58. Ad confir-

mationem nego antecedentem quantum errorum et malorum parturit ¹⁰ arbitraria illa et male illata **vos religionis naturalis**. Apud omnes nationes salutifero revelationis supernaturalis lumine destitutas, inde false et absurde de divinitate oppiniones innumere. Inde cultus passim et impurus absurdis flagetonis. Inde regula morum in multis ubique vitiosa et execranda! Ergo necessaria fuit ho-
¹⁵mini revelatio supernaturalis, ut ab illa efficaciter et indefectibiliter reperitur, tum in efformandis sibi sanis ac divinitate ideis, tum in eligendo et deferendo cultum divinitati placitum, tum in determinandis essentialibus permultis officiis a lege naturale interdum, confusa nimis et obscura ²⁰ dimanantibus.

59. Objicies secundo. Necessitas revelationi supernaturalis excludit possibilitatem **naturae purae**, seu ex necessitate revelationis supernaturalis sequentur impossibilem esse statum in quo homo indiget nisi auxiliis naturalibus ad assequendum finem suum mere naturalem; atqui ille naturae status est evidenter possibilis. Ergo ex necessitate revelationis supernaturalis sequeretur id non esse possibilis quod est evidenter possibile. Respondeo: nego majorem.

60. Necessitas revelationis supernaturalis in praesenti naturae humanae statu importat necessitatem similis revelationis in alio diverso naturae humanae statu. Primo: non expendimur utrum in alio rerum statu, in alio naturae nostrae ordine indigisset homo supernaturale revelatione ad deferendum Deo cultum legitimum, ad dandam sibi puram morum regulam, ad habendam et observandam religionem Deo digna. Illud expendimus utrum in praesenti rerum statu, in praesenti rerum ordine opacis circunvolutis

[p. 251]

tenebris efrenisque agitatus cupiditatibus possit homo dignam Deo religionem sini credere ope solius lumina naturalis; illud quae negare non dubitamus.

61. Secundo, fatemur equidem ita potuisse a Deo creari hominem ut non indigisset revelatione supernaturali, at in illo naturae purae statu, minor caecitas humanae mentis incubuisset, minor concupiscentia in errorem et vitium pertransisset hominem. In praesenti autem statu tantae sunt hominibus tenebrae, tanta est in vitium propensio ut si divinam revelationem desvias, jam impossibilis sit maxime sal-

tem hominum parti religio pura santaque quali sola
debet Deum.

62. Objicies 3º. Ante Christum natum religio naturalis est religio homini sufficiens; ergo nec in praesenti qui-
¹⁵dem naturae humanae statu oportet religionem esse revelata. Probatur antecedens: Abel, Enoch, Abraham, Melchisedec, Lot, Job aliique sancti quidam viri non sequebantur nisi religio-
nem naturalem; ergo religio revelata non est necessaria.
²⁰ Respondeo: nego antecedentem. Facta est divina revelatio primo homi-
num parenti, et inde in ejus posteros dimanavit religio-
ne naturali insert et inmixta; ad probationem nego antecedentem.

63. Sequebantur illi
sancti religionem naturalem revelatam a religione
²⁵ Mosaica, in quibusdam punctis distintam vel diversam. Ante Christum natum triplex existebat in mundo religio, scili-
cet, religio Mosaica, quae omnes et solos obligabat Abrahe filios et quae caeteris populis nullatenus necessariam salu-
tis medium esset. Religio naturalis revelata, qua
³⁰ complectebatur, tum veritates a sola ratione natura-
li desumpta, tum veritates a supernaturali reve-
latione, per traditionem, conservatas acceptas et ma-
nifestatas. Utraque haec religio erat respective suffici-
entis posteriorque intendum vocabatur simpliciter lex

[p. 252]

naturae aut religio naturae, per oppositionem ad legem et religionem Mosaicam specialius revelatam. Religio gentium seu religio popu-
lorum divinae revelationis oblictorum; ultima haec religio ubique

fuit semper aut impura aut insufficiens.

⁵ **66. Objicies 4º.** Per multa sunt

nationes quoque ignota est penitus divina revelatio, ergo necesse est evidentia ut Deus vel nullam exigat ab illis religionem, vel religionem ab illis exigat impossibilem. Respondeo: distinguo antecedentem.

Per multae sunt nationes, etc. et

¹⁰ quoque nulla sunt media sufficientia ab obtinendam hanc necessariam divinae revelationis religionem, nego antecedentem; et quoque sufficientis sunt ubique media

ad obtinendam necessariam hanc divinae revelationis cognitionem, concedo antecedentem, et nego consequentiam.

¹⁵ **67. Nationes illae quoque ignota est penitus**

religio divina impuram et insufficientem et Deo indignam habent religionem; quod necessitatem divinae revelationis adstruit atque demonstrat. Hinc puram et sanam et seipse dignam religionem

exigit Deus a nationibus divina sua revelatione privatis, quandoquidem

²⁰ talem ab hominibus impossibile, religionem exigere debet essentialiter Deus. Repugnat Deum se esse absurdum, et constat

religionem Deo dignam, sine divina revelatione sese hominibus

impossibilem: ergo nationibus divina revelatione privatis suppeditat Deus

media sufficientia proxima aut remota, interiora aut exteriora,

²⁵ quorum ussu possunt pervenire ad necessariam omnem divinae revelationis cognitionem.

68. Objicies 5º. Puram habent religionem

hodierni deistae, nullamque tamen admittunt divinam revelationem; ergo existere potest pura et Dei digna religiosine ullo di-

³⁰vinae revelationis auxilio. Respondeo: nego antecedentem simul et consequentem, et

utriusque falsitatem paucis exhibeo et demonstro. Primo: inter hodiernos deistas, alii omnem exilarem cultum jubent, alii

cultum dumtaxat interiorem admittunt, cultu omni exteriori
absurde simul et irreligiose refecto; alii obscenas multas
35 voluptates ex albo vitiorum et flagitiorum eradunt. Alii sce-
lus et crimen nullum agnoscant in iis omnibus quibuscumque
actionibus, civilis aut politicus non laeditur, aut turbatur ordo.

[p. 253]

Plerique omnes Deum sibi sine justitia et sine providentia
effingunt. Deo ultrices omnes scelerum poenas admittunt, atque
illa vitiis et sceleribus omnes laxant habenas. Ergo falsum
est quod ita pura sit hodiernorum deistarum religio.

5 69. Secundo:

etiam deistis hodiernis datum foret puram et inconta-
minatam aliquam religionis imaginem, nobis adumbrare
et decliranare, male inde impugnaretur revelationis necessitas.
Nam evangelicae revelationis lumine jam prope totius irra-
10datus est orbis noster, et a circumfusso divinae revelationis
lumine habent hodierni deistae, quod et de divinae et de cultu
et de moribus disserendo, pauciores et minores in errores de-
labantur, quam antiqui Philosophi. An felicius et subli-
mius sortiti sunt ille ingenium, quam illustria haec an-
15tiquitatis profanae lumina, quae ant evangelicam facem
mundo illuxere, et quae toto, tantosque in agitanda religione
peperunt errores? praeter caetera ordinis supernaturalis
beneficia debetur evangelicae revelationi naturale poli-
ticumque, scilicet, qua humanorum ingenium ad veritatem, quod
20 humanas mores ad justitiam et honestatem et humanitatem
impuluerit.

70. Objicies 6º Antiqua hebraeorum religio per ministerium Patriarcharum et Moyses et Prophetarum a Deo revelante dimanans, in religionem Evangelicam fuit immutata; ergo non est necesse in se fixam et determinatam esse religionem dividinam. Respondeo: distingo antecedentem. Antiquam hebraeorum religio in Evangelicam religionem fuit immutata per cessationem suaे antiquae veritatis aut suaे antiqua de morum regulae, nego antecedentem; per acquisitionem novi luminis aut novae perfectionis, concedo antecedentem et nego consequentiam.

71. Primo: antiqua Hebraeorum religionum stetiT, fuit in se fixa et determinata. Evangelica religio in quam consacranda et perficienda fluxit antiqua omnis religio Hebraorum

[p. 254]

in se etiam fixa et determinata est. Ex utraque resultat religio in se unica, illa scilicet, quae incipit cum Adamo, quae stetit cum Patriarchi, quae innumeris miraculis a Moyse et a Prophetis fuit insignita, quam ad suam innuere perfectionem, et auctoritatem adducit et promovit divinus ille Messias authenticis toto Propheticis praenuntiantur, authenticis tot miraculis manifestatur, quae in notas omnes orbis plagas ab ipsem et divini Messiae discipuli et apostolo disseminata per non interruptam seriem Pontificum illis succendentium, fuit ad nos usque delata et propagata.

72. Secundo: religio est ex sua natura perfectibilis seu plus minusve perfectionem potest suscipere. Antiqua religio in perfectiorem mutata est a Christo religionem; mutationes

minoris luminis in majus luminem, minoris efficacitatis in
¹⁵ majorem efficaciam, minoris perfectionis in majorem perfectionem.

QUAESTIO IV:

UTINAM EXISTAT, ET QUIBUS SESE SIGNIS INDUBITABILIS DEMONS-TRET RELIGIO ILLA UNICA A DIVINA REVELATIONE DIMANANS?

²⁰ **73.** Demonstravimus hactenus aliquam religionem esse hominis necessariam. Non omnem religionem esse Deo gratam et acceptam, veram, et Deo dignam religionem esse necessario fixam et determinatam, ac proinde unicam ac insufficientem esse humanam rationem ad cwendam sibi hanc Deo dignam religionem, quae proinde de-²⁵bet necessario a supernaturali Deo revelatione in humanum genum dimanare. His suppositis sit

74. Prima Conclusio.

Si, inter religiones, divinam sibi revelationem attribuentes existat aliqua religio quae sola extiterit, perseveraverit
³⁰ ab ipsa mundo origine, quae sola in culto suo et in sua morum regula, et in speculativis de Deo et de homine dogmatibus sese puram et Deo auctore dignam exhibeat, quae sola authen-

[p. 255]

ticis miraculis et authenticis propheticis divino quoddam se-
se quasi sigillo impressam et consecratam testetur et probet huic
sui religioni caeteris omnibus refectis adhaerere oportebit homi-
nem.

⁵ **75.** Probatur conclusio: illa religio qua oriri Deo oportet hominem est necessario religio aliqua revelata, ergo nullum ex religionibus di-
vinam revelationem excludentibus est religio illa cui debet homo adhaerere, cum religio sit medium omnino necessario, quo homi-
nem Deo unire oportet; illud medium omnibus temporibus
¹⁰ ac proinde ab ipsis mundi incunabilia extitisse necesse est;
ergo illa religio exita a Deo revelante quae sola origine mundi originem pertinet.

76. Cum Deus sit essentialiter verax, sapiens, sanc-
tus, illa sola erit a Deo revelante religio, quae sola pura et sancta
¹⁵ et Deo auctore digna erit in sua doctrina. Cum miraculum sit essentialiter, nemine refragante, manifesta Dei vox manifestumque Dei testimonium, quo veritati aut virtuti suffragatur Deus, illa reli-
gio manifeste erit a Deo revelante, quae sola erit authenticis miraculis impressa et consecrata. Cum prophetia sit praenuntia-
²⁰ta manifestatio rei alicujus futurae et soli Dei cognoscibilis, cumque divinae veracitati evidenter repugnet talem facere manifestationem in favorem alicujus religionis si verae illa religio erit manifesta a Deo revelante, cui soli favebunt aut haeretica prophetiae even-
tu confirmatae; unde si quae sit religio quae sola istos omnes divi-
²⁵nitatis characteres contineat, hunc soli religioni adherere oportet hominem.

77. Adnotatio

Religio Christiana in se complectittur **tum religionem illam** naturalem, quae est humanis omnibus mentibus et cordibus divinae
³⁰ quasi manu impressa, et quae est ubique essentiale divinae omnis religionis fundamentum, tum antequam illam revela-
tionem quae facta est a Patriarchi, Moysi, Prophetis, tum no-
vam hanc revelationem, quae per divinum Messiam facta est Apostolis et Evangelistis, et per ipsum orbis successive universo.

³⁵ **78.** Antiquae Patriarcharum et Prophetarum religioni fluit
eo omnis perfectio praeparatione quam divina exigebant concilia ante
adventum divini Messiae, unde inepte simul et absurde philosopharunt

[p. 256]

omnes qui antiquam hanc religionem videntur inculpare et quasi
vilipendere, cx eo quod ipsi non omnes christianaे religionis perfec-
tionem infunderet Deus.

79. Antiquae religione praestat et antecellit Christiana
5 tum in suo omni culto, qui factui est magis purus, magis verus,
magis spiritualis, magis divinus, **tum in sua morum regula**,
quae antiqua omnia perfecit, et nova multa impossuit internae
sanctitatis praecepta, **tum in suis ad virtutem motivis**, quae tam
sublimiora sunt et potentiora, et quoque dulcius allicantur et fortius
10 impellantur humana ad Deum corda; tum in sua intrinseca effica-
citate, quae infinite major indita est ipsius sacrificiis, et sa-
cramentis et operibus, quibuscumque meritorii, divina ubique
sui auctoris sanctitate et excellentia quasi imbutis sunt impre-
ssis.

15 80. Secunda Conclusio.

Religio christiana est divina illa religio revelata cui uni[ce]
adhaerere oportet hominem. Probatur conclusio: cum religionem
oportet esse revelatam et unicam, cumque repugnet Deum
esse falacem deceptorum, illa religio erit evidenter divina, evi-
20 denter a Deo revelata, quae sola manifestissimos omnes re-
ligionis a Deo revelatae characteres in se continebit, et de-
monstrabit, atqui talis est religio Christiana; ergo. Demons-
tratur minor. Manifestissimi a Deo revelatae religionis cha-

racteres alii sunt intrinseci, alii vero extrinseci; priores
²⁵ sunt evidenter coeva humano genero origo et digna doctrina; posteriores manifesta Dei approbatio et certa illius divinae approbationis realitas, atqui quatuor illi religionis a Deo revelatae characteres in Christiana religione manifeste continent. Ergo.

81. Religio Christiana qua-

³⁰ tenus in se continens et praeficiens antiquam omnem Patriarcharum et prophetarum religionem et caeteris omnibus religionibus anterioris, manifeste habet originem humano generi **coevam**. Religio Christiana tum in his, quae docet a Deo de hominem de origine rerum, de natura animae, de futura vita,

[p. 257]

tum in his, quae praecipit circa cultum, circa mores, circa varias hominis in Deum et proximum et seipsum obligationes; religio Christiana in quam ubique veritatem spirat et sanctitatem, ubique caeteris omnibus religionibus sese infinite ⁵ superiorem et excellentiorem exhibet, ubique humanae rationi sese admirandam, diligendamque per doctrinam Deo ipso dignam. Christiana religio innumeris et potissimis omni generis Prophetis praeparata, stabilita, propagata fuit et numquam impressa et conflata manet, atqui nemine sa- ¹⁰ne refragante miracula et prophetiae sunt manifesta Dei approbatio. Ergo religio Christiana semper habuit et semper retinui manifestam Dei approbationem.

82. Quod autem rea-

liter extiterint divinae illa Prophetiae, divina illa miracula, ¹⁵ unde derivetur et in quaque fundatur manifesta haec Dei in religio-

nem approbatur christianam, illud a nobis omnimoda certitudine certum et manifestum faciunt. Historiae authenticae, et omni fide dignae, traditiones generales et nulli falsitatis suspicioni patentes, mores rationales ²⁰ adhuc subsistentes, et cum veritate istarum historiarum et traditionem necessario connexi.

83. Tales sunt, v.g. celeberrime Danielis et Isaiae et Jeremiae Prophetiae quas ab auctoritatibus suis scriptas et inter monumenta publica deposita verificavit multa post saecula rerum eventa, talia sumi praecipua Moysis et Jesu Nazareni miracula, quae fuerunt facta totidem historica omnem notorietatem habentia, et quae in historicis authenticis et publicis consignata, et generali traditione ab aevo in aevum transmissa et ipsimet israeliticarum aut Christianorum moribus, quasi in viventibus totidem monumentis etiam nunc substunt, et quandam perennitatem adi-

[p. 258]

piscuntur⁶. Ergo manifestissimos omnes religio Christiana, omnia insunt credibilitatis motiva, quae potest et Deus debet religioni a se dimanante impertiri; ergo religio Christiana est divina illa religio revelata, cui uni[ce] et ⁵ soli homine adhaerere oportet.

Objectiones solvuntur

⁶ Entrellíneas palabras sueltas cuyo sentido no se logró determinar: *habet religio/ergo religio Cristiana/characteres a Deo dimanante*

84. Adnotatio.

Inter varia sophismata quoque a clamosa incredulitate impugnari ubique solet christiana religio, praecipua et efficacissima illa sunt quae impugnant vel existentiam certitudinis moralis, vel existentiam divinae prvidentiae, vel existentiam substantiae in homine spirituatis et immortalis, quae sophismata confunditus eversa et directa in metaphysicam dabuntur ab isti tractata penitus excludentur. Primo irreligiosis sophismatibus fundamentale nullum opponere lumenis et veritatis principium, unde emanare possit plena ipsorum solutio, et confutatio periculosa nimis res et praxis foret, quidquid in contrarium opponant nonnulli Philosophi. Secundo, Philosopho aut Theologo irreligiosa incredulitatis sophismata confutantis, fasne erit sperare responsionem a se datum, etiam vitrice ubique ratione plenam, omnibus quibcumque ingeniis probatumiri? Minime sane, quia sublimis et profunda veritas tardis et hebetibus ingeniis non semper est ob via corruptis et obstinatis non semper est grata et accepta; nec inde tamen sequitur Philosophia ac Theologia ab omni demonstratione aut confutatione esse in hac re abstinendi.

[p. 259]

85. Tertio: in genere eo praecisse modo resolvetur et confutatur irreligiosa quaevis objectio, quo resolvi et confutari ipsa debet, ubi exposito ampliciter quaestionis statu paucis certum et manifestum fiet, quod res, quae impugnatur tamquam

⁵ absurda aut fabulosa, plenam et completam desumat certitudinem vel a monumentis historicis omni fide dignis, vel ab infalibile divinae revelationis auctoritate, quod res, quae impugnatur, tanquam absurda et ratione absona nullatenus advertentur et apponatur veris illis cognitionum principiis
¹⁰ quae in nos dimanant aut ab attenta naturae observatione, aut a profundiori historiae studio, aut ab ordenali rerum analysi, et quae sunt fundamentalia sane omnis rationis et sublimatis omnis Philosophiae principia. Manifeste indicat et demonstrat se non esse natum ad philosophandae, ad ratiocinandae, quisquis in
¹⁵ hac re aliquid ultra, aut aliquid aliud exigit.

86. Quarto: in objec-
tionibus his exponendis et resolvendis eas dumtaxat de-
bemus admittere Philosophi, quae ex simplici quasi ratio-
ne nascantur, et quarum solutio ex solo rectae rationis
²⁰ lumine debet emanare. Unde quidquid pertinet ad profun-
diorem historiae sacrae et Librorum Sacrorum cognitionem,
pro jure nostro omittemur et profundiori Theologiae expenden-
dum et agitandum relinquemur. Imo, et in his quae pro jure
et officio nostro hic agitabimur, fundamentalis dumtaxat ponemur ratio sufficere
rerum principia
²⁵ rerum principia ingenii sagacibus, et copiosissimam re-
rum explicationem ingenii sagacitate parentibus esse
inutilem.

87. Objicies 1º. Antiqua hebraeorum religio pertingit
sua origine mundi originem; ergo fuit olim divina; verus
³⁰ si fuit olim divina, quoque argumentis evincetur illam nunc
non esse divinam. Respondeo: antiqua Hebraeorum religio in his
quae ipsis erant essentiali subsistit, et permanet in religione
Christiana, in qua debuit ad omnem perfectionem

[p. 260]

evehi. Constat autem, hodiernam Hebraeorum religionem jam non esse divinam, tum ex antiquis ipsius oraculos quibus praenuntiatus fuit debere ipsam desinere et in perfectiorem religionem immutari, tum ex recedentibus ipsius deliris ⁵ in Talmude suo consignatis et consecratis, quibus evidenter demonstratur hodiernae Hebraeorum jam non praesidere Deum sapientiae et veritatis.

88. Objicies 2º. Christiana omni communioni et sectae aequaliter conveniunt manifestissimi illi ¹⁰ divinitates characteres de quoque modo habita est mentio; ergo tam Calvineanae aut Luteranae quam Catholica Religioni adhaere oportebit hominem. Respondeo: nego antecedentem. Constat manifestissimi illi divinitatis characteres in omnibus christiane religionis communibus ab Ecclesia Catholica separatis.

¹⁵ **89. Ante Luterum et** Calvinum, vel nihil erat Luterana aut Calviniana religio, vel nihil aliud erat nisi Christiana, illa religio a qua avulsa et separata fuit. Si prius, ergo originem nundo coevam non habet Luterana aut Calviniana religio. Si ²⁰ posterius, ergo nulla superationis causa, nullus religiosus a religione catholica distinctae et diversae titulus ipsis fuit. Idem dictum est de omnibus aliis Christianae religionis, sectis ab Ecclesia Catholica per haeresim aut per schisma separatis. In Luterana, aut Calviniana ²⁵ religio dignam Deo doctrinam non sonant tum perpetuae illae in suis dogmatibus variationes, quae religioni omni a Deo revelatae essentialiter repugnant, tum necessitantia illa decreta, quae manifeste absurdam affingunt homini

fatalitatem et Deo Tyrannidem.

³⁰ **90.** Variis omnibus Christianae
religionis sectis, quatenus sunt aliquid distinctum
et diversum ab illa Christi Religione, quae existebat

[p. 261]

tempore factas ab ipsis separationis manifesta Dei approbatio
nullomodo sunt, aut esse possunt antiquae prophetiae et antiqua
miracula. Ut manifestam Dei approbationem haberet aliqua
secta praexistenti Christi religioni superata, requiretur
⁵ evidenter, ut autenthicis prophetiis aut miraculis spe-
cialiter approbaret et confirmasse Deus. Carlostadium
aliquid in religione valentem mutare et innovare acriter
increpavit Luterus ab ipso dissentiens, postulavitque, quo
signo seu miraculo notum et certum faceret se a Deo
¹⁰ missum esse ad mutandam religionem recte quidem;
sed illud idem ipsum postulabat a Lutero Catholica
omnis Ecclesia.

91. Objicies 3º. Manifesta Dei approbatio non sunt
miracula, ergo ex miraculis Moysis, Christique male
¹⁵ concluditur quod divina sit religio ab utroque dimans. Probatur.
Nam Idolatriae praeter alios multos suus fuit Apollonius
Thianensis, innumerum miraculorum auctor, sub Flavius
Vespasianus nonnullis insignitis miraculis; nec inde
concludetur quod religio in se divina fuerit idolatria.

²⁰ **92.** Respondeo: distinguo
antecedentem. Manifesta Dei approbatio non sunt miracula imaginaria,

concedo antecedentem; miracula realia, subdistinguo. Si non habeant notorietatem et certitudinem sufficientem, concedo. Si omnimodam habeant notorietatem et certitudinem nego antecedentem
²⁵ et consequentiam. Spectari debet omne miraculum, tum in sua natura, tum in sua certitudine, tum in suo fine, seu in his distinctione. Natura miraculi includit et importat essentialiter quod sit opus aliquod supernaturales, seu opus aliquod omnis artis et naturae vires exorbitans. Unde ex albo verorum
³⁰ et proprie dictorum miraculorum credendum est quidquid potest solis artes aut naturae viribus attribui.

93. Certitudo miraculi resultat

[p. 262]

ex variis probationibus, quibus indubitanter constat ipsum realiter aut existere aut extitisse, quas probationes indubitas suppedante debet testimonium sensuum aut hominum omni certitudine certum; cum nihil probare possit miraculum cuius fictitia aut
⁵ cuius incerta foret existentia, pro nullis habenda sunt omnia miracula quae nullum existentiae suae certum relinquere monendum. Finis miraculo est ratio propter quam a Deo patratum dicitur qui intelligitur. Pendet istius cognitio finis ab attento examine rei aut causae cui favere et quam divino quasi sygillo
¹⁰ consecrare existimatur miraculun; quae res aut causa si manifeste mala aut falsa sit excludit essentialiter omne miraculum in favorem sui patratum, et importat essentialiter impossibilitatem miraculi sibi attributi. unde intelliges praecipuis Moysis et Christi miraculis, divinam omnem esse auctoritatem, variis historiae profanae miraculis divinam auctoritatem esse nullam.

94. Prioribus inest divina omnis auctoritas,
quia talis est evidenter ipsorum natura, ut ex nullis artis
aut natura viribus potuerint resultare, quia talis est evi-
²⁰denter ipsorum certitudo ut parem certitudinem vix ha-
beant ulla historiae profanae facta, maxime indubita, quia
manifestum ipsorum finis est, ut religioni in se evidenter sancta
et Deo digna faveant, illustremque et aeternam Divinitatis no-
tam imprimant. Posterioribus nulla inest auctoritas divina
²⁵ sive spectentur in suo fine cum repugnet evidenter Deum
sanctitatis et veritatis impunis valuisse, idolatriae deli-
riis, divinam suam approbationem imprimere; sive spectentur
in sua certitudine cum nullum tectum et indubitatum
existentiae sua monumentum relinquerit in moribus
³⁰ hominum, in monumentis publicis, in generalibus na-
tionum traditionibus; sive spectantur in sua natura, cum
nihil aliud esse videantur, nisi aut miri quidam naturae
effectus, ut ferale rubeus cometa, ut micam in crinibus

[p. 263]

equorum et in antenis et malis navium plectruus ignis ut
pluviae sanguineae e caelo delabentes, aut nisi mera humani
ingenii figmenta, ut femur Pythagorae aureum, ut Orpheus
plura feras demulcens, ut urbes aedificans, aut nisi fraudulentiae
⁵ quaedam praestigiae, quali Magorum Aegyptiorum, qualia Appo-
llonis Bizanensis, qualia multorum aliorum. Similis fa-
rinae belatronum pleraque fuere miracula.

95. Si quid ultra vide-
retur tibi scitu necessarium circa naturam et existentiam
¹⁰ divinorum miraculorum, illud tibi totum breviter et eleganter

suppeditavit Philosophia religionis, tum in sexta sua sectione,
tum in parte priori suaे tertiae orationis Philosophicae. In factis his-
toricis tota fundatur et tota stat religio Christiana, et facta illa
historica sunt ipsamet Moysis, Prophetarum, Jessu Nazareni
¹⁵ et Apostolorum miracula. Si facta illa sunt vera et certa, evidens est quod
religio Christiana sit religio in se divina. Omnimoda auten certitu-
dine certa esse demonstratur haec facta historica ope historiarum
authenticarum, traditionum gneralium, morum natura-
lium, in quibus consignantur, et que sunt subsistentia et indubitata
²⁰ totidem ipsarum monumenta.

96. Instabis 1º. Dubitantur nonnullius
aetatis nostrae Philosophi aut Pentatheucus auctorem habuisset
Moysem aut ipsemet extiterit Moyses, ergo non ita certas
sunt facta et monumenta historica in quibus fundatur an-
²⁵ tiqua Christianae religionis revelatio. Respondeo: distingo antecedentem; et
illud dubium fuit solida aliqua et victrixi ratione fun-
datum, nego antecedentem; et illud dubio nulla fuit solida et victrice
ratione fundatum, concedo antecedentem et nego consequentiam.

97. In persuasionibus
³⁰ ubique receptis dubium nulla solida et victrice fundatum ra-
tione est dubio; ineptum et antiphilosophicum cui nullam
debitur a sapientibus attentio. Tale fuit olim universa-
le Pyrrhonicorum dubium, quod omnia certe non fecit dubia.
Talia sunt multa dubii recentium nonnullorum Philo-
³⁵sophorum, quorum irreligiose quaedam speculatione nihil

[p. 264]

aliud interdum sonant praeter a mentem Pyrrhonis dubita-

tionem et cynicam Diogenis impudentiam. Tam certum est extitisse Moysem quam certus est extitisse Salomonem, Alexandrum, Caesarem. Tam certum est Pentaheucum esse⁵ Moysis, quam certum est illiadem esse Homeri, Eneidem esse Virgilii, Philipicas orationes esse Demostenes atque Ciceronis. Res illas omnes nullum irreligiosorum Philosopho-ç rum dubio faciet dubias.

98. Adnotatio.

¹⁰ Circa modus quo Pentatheucum fuit a Moyse conscriptus duplex est sententia notari digna. Primo existimavit plerique omnes philosophie et theologi Pentatheucum fuisse a Moyse conceptum, eo prorsus quo num existit modo; ita tamen ut in exemplaribus ab opere originali deductis, successivi temporis facta fuerint a Librariis leves aliquod rerum additiones et monum mutationes. Secundo: opinatur est Neupto et oppinantur nonnulli cum Neuptone Philosophie Pentatheucum quasi fragmina fuisse a Moyse conscriptum et Israeliticae traditioni relictum, ita ut nonnisi longo post ²⁰ Moysem tempore in ordinem quaeque suum redacta et in unum quasi corpus conflata fuerint sacra illa fragmina, facta in ipsis interdum per sedulam redactorum curam convenienter aliqua rerum mutatione et additione nominum. In utraque sententia sua stat omnis Pentatheuco authenticitas, sua stant antiquae revelationi certa et indubitate monumenta. Priori sententia verissimilis adhaeremus.

99. Instabis 2º. Quam certitudinem miraculis Christi dare possent vera quatuor Evangelia, hanc omnino ³⁰ ipsis adimunt falsa Evangelia multo plura; ergo non ita certa sunt monumenta historica, in quibus fundatur novae christianaæ religionis revelatio. Respondeo: nego antecedentem. Apud omnes

sane mentis criticos et judices instar axiomatis est, quod auctoritas in se vera et certa per incertam aut falsam non

[p. 265]

elidatur, quod monumentum in se vero et certo suam auctoritatem non admittat aliud monumentum in se falsum aut incertum. Quid scitu necesse est in praesenti quaestione circa vera Evangelia et circa falsa evangelia paucis accipe.

⁵ **100.** Primo. Ab ipsismet Jessu Nazareni Apostolis aut Discipulis scripta fuere quatuor illa Evangelia quae ab omni Ecclesia Christiana et nun habentur et specialiter habita sunt, ut vera et certa in suis factis historicis, ut pura et sancta in sua doctrina speculativa et practica, ut divinum et adorandum novae revelationis monumentum: suum in Iudea Evangelia scripsis Matthaeus, Christo Apostolus, octo post mortem annos juxta Eusebium, suum Romae Evangelium scripsit Marcus, Petri Discipulus et interpres, undecim post eandem Christi mortem annus juxta Hieronymum.

¹⁵ **101.** Paucis post annis suum etiam scripsis Evangelium Lucas, Christi Discipulus; suum denique Evangelium sub finem primi saeculi, rogantibus omnibus Asiae Episcopis, scripsit Joannes, dilectis sumus ille Christi Discipulus et Apostolus; sub iisdem temporibus scripsi ²⁰ fuerit Actus Apostolorum, ab auctore unius Evangelii, Luca. Scripta fuerunt historicae simul et dogmaticae Apostolorum Epistolae, Scriptus est et propheticus Apocalypsis Liber, ex quibus omnibus resultat divinum illud nova revelationis monumentum quod generali nomine Evangelius

²⁵ nuncupatur.

102. Tertio. Ubi in lucem prodiere vera Evangelia scimus ab omni Ecclesia Christiana ipsis habitus est honor, habita est reverentia. Sacrum et adoratum Christianis fuit ipsum Evangelii nomen; sancta ³⁰ et dulcis fuit divina alicujus Evangelii possessio. Inde falsi Evangelii origo sacrum et adoratum Evangelii nomen impudenter adficere primitivi quid a haeretici vg. Cerinthii, Ebionitas, Gnostici variis historiis, quas

[p. 266]

ipsi a Jessu Nazareno scribebant et quas erroribus quibusdam suis inficiebant Sacrum et adoratum Evangelii nomen fraudulentio relinquere quidam alii haereticorum veris Evangeliorum a se corruptis et aliquo suo errore ⁵vitiatis.

103. Sacrum et adoratum Evangelii nomen irreli-
giose adfixere nonnulli Christiani tabulis quibusdam inep-
te piis, quas ipse remanentem in modum scripserant vel de
vita Eva vel de vita Deiparae Virginis, et in quibus absurdum
¹⁰ sua deliria historicis et dogmaticis quibusdam veritatibus parim inmiscebant Sacrum et adoratum Evangelii nomen impudenter relinquere divino Matthei Evangelio appos-
tolicis quibusdam traditionibus aducto et relato, quale fuit Evangelius secundum Hebraeos et Evangelium secundum ¹⁵ Aegyptios. Ex falsis illis Evangeliorum quae vario sub nomine triginta sub circiter recensentur, alia nascendo peri-
ut omni attente apud sapientes et sanos indigna. Alia

obscuram aliquandiu existentiam habuere apud paucos
quosdam sectarios brevique tandem in contemptu merito
²⁰ evanuere solosui nomine relichto.

104. Tertio, ex illa falsorum Evangeliorum notitia plena intelliges quam turpiter allucinenter suis, qui existimant a falsis illis evangelii impugnantur veritatem factorum Evangeliorum, vg. mortem et resurrectionem et ascensionem Christi; praecipua Christi et Apostolis miracula. In hoc non dissentiant a veris Evangelii falsa Evangelia: falsa ideo idcta sunt illa Evangelia quia falsum erat quod sub divine impulsione aut inspiratione fuerint scripta, sive res in se veras, sive res in se falsas ³⁰ aut fabulosas referent.

105. Objicies 4º. Religio et objectum fidei, estque proinde objectum in se obscurum et humana rationis inaccessum; ergo religio non potest demonstrari. Respondeo: distinguo antecedentem.
Religio est objectum ³⁵fidei in suis misteriis, concedo antecedentem; religio est objectum fidei

[p. 267]

ut salva fidei in suis credulitatis motivis, nego antecedentem et distinguo consequentem. Ergo: Religio non potest demonstrari relate ad suam necessitatem et suam existentiam, nego consequentiam. Ergo: Religio non potest demonstrari relate ad suam naturam, subdistinguo; non ⁵potest demonstrari antecedenter ad revelationem demonstrationemque a Deo facta, concedo consequentiam; ad revelationem et manifestationem a Deo factam, nego consequentiam.

106. Potest humana mens alicui veritati adhaerere tum divinae ex motivo alicujus revelationis,
10 tum ex motivo evidentis alicujus demonstrationis, vg.
si mihi in rebus mathematicis versatu modo revealasset Deus quod superficies spherae sit aequalis convexae cylindri circumscripsi superficie, huic veritati olim mihi revelatae et postea mihi demonstratae adhaerere
15 hodie tum ex motivo divinae revelationis, tum ex motivo evidentis demonstrationis.

107. Objicies 5º. Illa religio non emanata a Deo essentialiter veraci cuius fundamentale aliquod dogma est manifeste falsum; atqui talis est
20 religio Christiana, et sic probatur: fundamentale aliquid religionis Christianis dogma, est quod genus omne humanum suam ducat originem ad Adamo, et ab Noe; et qui illud manifeste falsum sit, et sic probatur. Duplex est praecipua hominum speciei, altera Europeorum, altera Aethiopum nigra, atqui tam manifeste falsum est quod utrique illi hominum speciei sit eadem origo, quam manifeste falsum est eadem esse originem columbis et aquilis, canibus et lupis. Secundo, populi Americani a nostro continenti penitus separato suam ab
30 Adamo et noe ducere non potuerunt originem, ergo illis et nobis (magna sit utraque illa impossibilitas de quia hic merito est) non idem princeps pater est Adam et Noe.

108. Respondeo: concedo majorem et nego
35 minorem, ad probationem, concessa majorem, nego minorem. Iterum, ad tertium dico quod mere imaginativa sit utraque illa impossibilitas

[p. 268]

de qua hic merito est. Primo: omnibus hodie Physice et Naturalistis experimental observatione constat quod unica sit in toto orbe nostro hominum species in varias stirpes divisa, quarum duae praecipue sint **stirpe alba et stirpe nigra**: quod in quibusdam morbis in solutis repentina et stabili nigredine suffundantur; interdum nonnulla stirpis albae individua, quod in regionibus sola stirpe alba habitatis nascantur aliquando pueri et puellae nigri stabilis coloris, quod diversa regionum temperies et indoles possit successu temporum humanae eidem stirpi, sive alba sive nigra, ingentisisimas infundere et imprimere diversitates.

109. Ab istis principiis in se certissimis facile exuit possilitas ejusdem originis in stirpe alba et in stirpe nigra. Id enim supponamus quod est verissimum, scilicet primitivum hamanae omni speciei colorem fuisse eum qui nunc est Europeorum et in alba Noe posteritate natos accidentaliter fuisse in aliqua familia puerem et in aliqua alia familia puellam nigri coloris, quos subinde adultos stabile conjunxit matrimonium; ab illo matrimonio oriri evidenter potuerunt puellae et pueri unde suam trahat originem stirpes hominum omnium nigra, cui subinde nova et multiplex accedet diversitas a diversa locorum et alimentorum et occupationum natura.

110. Tertio, omnibus hodie Geographis et Naturalistis notum et certum est potuisse Americanas nationes a nostro continente post tempora diluvii

primitivam suam ducere originem; sive alius olim
³⁰ fuerit terrestris superficies status, qui continentem
nostrum Americae conjungere concenteretque in regionibus
ad meridiem magis accendentibus. Sive non aliis
sensibiliter fuerit orbi nostro status a temporibus dilu-
vii usque ad nostra tempora.

³⁵ **111.** Praesenteme difficultatem
in posteriori hac hypothesi expendimur et solvimur.

[p. 269]

Potuere olim ut hodie aliquod utrius que sexus homines
ex nostro continente in America Septentriona-
lem migrare per boreales orbis nostrae plagas, in
quibus terra antiqui et novi continentis superficies
⁵ vel forte contigua est, vel certe tantum sepa-
ratur intervallo. Potuit olim ut hodie quaedam
navis aut cyniba vehementi abrepta tempes-
tate ab Africae litoralibus ad litora Brasiliae
intra dex septemve dies asportari, et America
¹⁰ meridionale ionm hac parte quingentis dumtaxat
leucis distanti ab Africa dasse aliquod uniusque
sexus homines, unde subinde nascantur nationes.

112. Objicies 6º. Quantam fabulosam doctrinae
partem in multis habere videtur Christiana religio,
¹⁵ vg. quam fabulosa videtur illa primorum tentatio
parentium et praevericatio, unde fluit illa mo-
riendi necessitas quae animali omni speciei inte-
lligut inhaerere, unde fluit originale illud

peccatum quod et divinae justitiae et humanae nostrae
20 natura ubi repugnare intelligitur. Quam fa-
bulosa videntur permulta antiquae et novae
Legis miracula, quibus necesse est, aut utilis multa
fluit, in quibus nullus apparet finis Deo dignus.
Quam fabulosam videtur illa longa patriarcha-
25 rum vita, quae omnibus nostris circa naturam hu-
manam observationibus et speculationibus
manifeste repugnat; ergo non ita Deo dignam
doctrinam, habet Christiana religio.

113. Respondeo: nego antecedentem
30 et triplicem ejus probatur. Primitiva illa Adami
et Evae praevericatio, stupenda illa miraculorum

[p. 279]

multiplicitas, longa et annosa illa Patriarcharum
vita sunt historica totidem facta, quae sunt in
se evidenter possibilia, et quae auctoritatibus et
monumentis omni fide dignis, in se certa et in-
5 dubitura fiunt; ergo nihil fabulosum in alio depre-
hendi possit. Fabulosum est enim illud unum et so-
lum quod est merum humani generis figmentum, quod
nullam unquam habuit realitatem, quodque proinde
certum nullum existentiae realis monumentum reliquis
10 aut in natura rerum, aut in memoria hominum. Id
autem factis historicis in praesenti objectione exhi-
bitis non convenire evidens est.

114. Primo: primitiva Adami

et Evaе praevaricatio nihil praeseferit fabuloso; cum
¹⁵ ab omni aevo, et ab ipsa mundi origine consignetur,
tum in generali traditione populi hebraici, tum in
antiquissimis et certissimis omnibus religionis reve-
latae monumentis, tum in ipsamet natura humana
cujus extrinseca depravatio amnuntiat primitivam
²⁰ aliquam ipsius praevaricationem. Natura rerum est id ipsum
quod fecit et esse voluit auctor ipsarum Deus. Morta-
lem naturam ita habet humanum genus, ut evidenter
potuerit immortalem habere.

115. Quid repugnat primos humani
²⁵ generi parentes fuisse creatos in originali innocentia
et felicitate? Quid repugnat primis illis humani gene-
ris parentibus impositum fuisse praeceptum abstinenti
a tali aut tali paradisi terrestris fructu? Quid re-
pugnat voluisse et sancvisisse Deum, ut permanentia
³⁰ justitiae et felicitatis illius originalis tum in pri-
mis hominum parentibus, tum in futura omni
ipsorum posteritate penderet ab ipsorum fidelitate

[p. 271]

in observando illo Dei praecepto? Quid repugnat primos
illos humani generis parentes abusos esse sua liberta-
te, ut gratuitus illis Dei beneficiis, et seipso et omnes
posteros suos flagitiose spolearent?

⁵ **116.** Secundo: stupenda illa
miraculorum multiplicitas nihil praefert fabulosi,
cum certa fiat illa nobis ope monumentorum authenticorum

et divina omni auctoritate monumentorum. Nullum sine
sapienti fine miraculum patrat sapiens Deus, sed evidenter
¹⁰ possibile est, ut patraverit olim Deus multa sapientissi-
mis de causis miracula, quorum sapientissimas cau-
sas ignoremus.

117. Longa illa Patriarcharum vita nihil
praesefert fabulosi, cum sit factum historicum cuius
¹⁵ certitudo fundatur et stabilitur tum in generali natio-
nis omnis israeliticae traditione, tumin authen-
ticas omnibus divinae revelationis monumentis. Fieri
potuit, ut tempore patriarcharum notabiliter diver-
sus a praesenti fuerit caeli et terrae ordo ac status,
²⁰ unde enasceretur minus efficax promptae dissolutio-
nis causa, fieri potuit supposito eodem caeli et te-
rrae statu Deus per miraculos ipse supernaturaliter liberum
longiorem humano generis vitam impertiri sub ipso
mundi nascentis quasi exordio, tum ut citius suos
²⁵ habere incolas terra nostra tum et facilius et fide-
lius in traditione humana conservarentur divina omnis re-
velatio variis facta patriarchis.

118. Instabis. Quis

[p. 272]

sibi inquam persuadeat sisti olim potuisse solem
aut terram unico aut duplici verbo a Josue prolato?
Quis sibi unquam persuadet aliquot verbos a quovis
sacerdote prolati posse panem et vinum quotidie immu-
⁵tari in ipsum christi corpus et sanguinem? Ergo in his

quae ad miracula spectant multa docet Christiana religio quibus assentiri et suffragari numquam potest humana ratio. Confirmatur quia Christiana religio praecipit orari Deum, quod est absurdum; nam absurdum est postulare a Deo miraculum quod generalem naturae ordinem immutet et evertat, sed qui orat postulat a Deo miraculum. Ergo, qui orat postulat a Deo aliquid absurdum.

119. Respondeo, 1º, id sibi persuadebit, quod objicitur, quisquis Philosophicam 15 haberit a Deo et de miraculo notitiam; quisquis omnipotentia, Dei esse infinitam, et Deum solum esse omnis miraculi causam efficientem. Verba Josue olim, et nunc a sacerdote prolata miraculi in utroque casu patrati sunt causa occationalis aut causa 20 motiva. Ejusdem vero miraculi causa efficiens est sola Dei voluntas et actio. In hoc autem nihil omnino est cui assentiri et suffragari difficile sit sanae rationis, sanis vero rerum notionibus imbutae.

120. Secundo, ad confirmationem nego majorem simul et minorem. Nego semper absurdum est postulare a Deo miraculum, neque specialiter postulare a Deo miraculum qui Deum orat, in generali rerum ordine, in universale rerum providentia distin-

[p. 273]

guendum est duplex ordo rerum, alius a solis causis materialis dependens, alius dependens a causis moralibus; vg. postulat rerum ordo prior ut sol motu non inte-

rrupto videatur girare quotidie circa terram. Postulat
5 rerum ordo posterior ut interrumpatur apparens ille
solis motus si ipsius interruptionem in tali rerum
circumstantia efflagitet a Deo Sanctus aliquis Dei
minister. Utrumque hunc rerum ordinem praescrivit et
sancxit ab aeterno Deus, et sancitum a Deum rerum
10 ordinem, non modo immutat et evertit. Sed potius
nasci et existere facit, qui sic orat.

121. Similiter postulat ordo
rerum prior ut talia enascantur consilia aut judicia
in mente talis regis aut talis judicis. Postulat ordo
15 rerum posterior, ut meliora consilia et justitiora
judicia enascantur in mente ejusdem regis aut judi-
cis, si sanctus aliquis vir a Deo religiose postu-
let, atque ita parturitur melior ille rerum ordo
qui a Deo sub tali conditione est sancitus.

20 122. Similiter iterum
postulat ordo rerum prior a solis causis materia-
libus dependens ut talis horrida grando, qua faecundum
est caelum tales disperdat vites aut segetis. Postulat
rerum ordo posterior a causis moralibus dependens,
25 ut grando haec horrida in civinas rupes aut in vici-
nas sylvas innoxie diffundatur et dissipetur, si rem
ita fieret postulent a Deo piae quaedam animae, atque
ita efficitur unde pendet existentia melioris istius

[p. 374]

rerum ordinis qui a Deo sub tali conditione ab aeterno

status et sanctus, sive id voces; sive id non voces miraculo, idea enim miraculo videtur importare necesario non solum veram et realem sed etiam manifestam et ⁵ notoriam generalis alicujus naturae legis interruptiō nem, quod non semper evenit in gratis per pias praeces a Deo obtentis.

123. Objicies. In multis Deo indigna
videtur revelatio et legislatio Moysis, ergo non ita divina
¹⁰ est hac parte religio Christiana. Probatur antecedens. Deus
omnium aequaliter hominem creator et parenter
indignum videtur quod Israeliticam Nationem in
specialem sibi populum assumpserit et consecraverit,
caeteris omnibus nationibus sua providentia
¹⁵ exclusis. Deo in consiliis suis sapientissimo et
potentissimo videtur, quod populum ipsi specialiter dilectus
et consecratis sese constanter exhibuerit in moribus
suis ita depravatum in generali sua destinatione ita vi-
lem et miserum.

124. Deo ordinis supernaturalis auctores
indignum videtur quod populo sibi specialiter dilecto
et consecrato, nihil de immortalitate animae et de futura
²⁰ vita revelaverit, nullam virtutis mercedem aut sce-
leris poenam proposuerit nisi terrestrem et tempora-
lem. Deo omnis aequitati et bonitatis principio indig-
num videtur quod populo sibi specialiter dilecto et con-
secrato civilem et politicam dederit legislationem
²⁵ in ipsos saepe Israelitas ita crudelem et sanguinariam

[p. 275]

in vicinas saepe nationes ita iniquam et barbaram.

125. Respondeo. Nego antecedentem et quadruplicem ipsius probat quae omni ex parte vitiosa est. Ad primam approbationem nego suppositum, nego scilicet quod Israeliticam ⁵ Nationem in specialem sibi populum assumendo et consecrando, caeteras omnes nationes a paterna sua providentia excluseris Deus. Ante Moysem humano omni genero commune salutis medium erat religio naturalis iis omnibus aducta a veritatis religiosis quae in genus humanum hactenus ex ¹⁰ divinae revelatione emanarunt. Religioni huic naturali revelatae suam vis, suum meritum nullatenus ademit Moysaca lex et Religio.

126. Commune illud salutis medio caelestibus Dei gratis additum et consotiatum: ecce tibi in his quae ad religionem spectant paternam et stabilem Dei provi- ¹⁵ dentiam erga antiquas omnes nationes ab Israelitica distinctas. Apud illas nationes historica tibi monumenta ubique exhibebunt, aliquam sacrificii usum et habitum, aliquam creationis diluvii notitiam, aliquam primitivae alicujus in natura humana depravationes memori- ²⁰ am, generalem aliqua de futura alia vita, de supremo aliquo numine scelerum vindice et virtutum remuneratore persuasionem, quae omnia manifesta sunt, totidem monumenta religionis naturalis revelatae existentis ante Moysem, et in omnes olim religiones a variis nationibus ²⁵ asportatae.

127. Ad secundum probationem nego antecedentem, nego scilicet quod

indignum Deo fuerit permettere ut populis ipsi specialiter dilectus et consecratus in suis actionibus liber esset, permettere utidem populus in suis pernicies naturali
³⁰sua libertate abuteretur permettere ut idem populus in penam suorum scelerum eam vilem et miseram sortem experiretur, quam ipsi praenuntiaverant comminatoria Moysis et aliorum tot prophetarum oracula.

[p. 276]

126. Ad tertiam probationem nego suppositum, nego scilicet quod lex et Religio Moysis ad praesentem vitam tota referantur et nihil doceat aut supponat circa vitam futuram, circa naturam et permanentiam animae humanae; in Sacro Gen⁵seos Libro tota subsistit et viget religio illa naturalis revelata de qua modo mentionem habebamus, et quae ad praesentem vitam non refertur tota. Porro in primo Geneseos capite manifeste exprimitur aut supponitur vera, aut realis illa distinctio quae inter corpus et animam hominis existit,
¹⁰ in tertio sacri ejusdem libri capite exprimitur aut supponitur altera illa vita, altera illa hominis Patria in quam divinitas abripetur Henoc.

129. In decimo octavo Deuteronomii capite exprimitur aut supponitur rationalis illa persuasio
¹⁵ quae hebraeis erat circa existentiam illarum animarum a quibus evocandis et interrogandis jubentur abstinere. Duplex erat Moysi functio, altera legislatoris religiosi, altera legislatoris politici, sub respectu posteriori solas poenas et mercedes temporales sua anectebat legis-

²⁰lationi Moysis ut christianis omnibus mos est hodie legislationibus nec inde sequitur, quod excludat poenas et mercedes ordinis supernaturalis, quae omni legislatione violatae aut observatae anectio aliunde intelliguntur.

130. Ad quartam probationem nego

²⁵ iterum suppositum, nego scilicet quod crudelis et sanguinea in Israelitas quod antique et barbara in vicinas nationes fuerit legislatio Moysis. Magna fuit interdum severitatis Mosaica legislatio, tum in nationem Israelicam, tum in vicinas nationes, libero jubente Deo sce-
³⁰lerum abominandorum vindice. Ita saepe exigente necessitate exempli per terre facientis mentis irreligiose sceleratas, ut nihil unquam habuit aut crudelitatis aut injustitiae aut barbarie, quibus ideis exprimitur malum sine necessitate aut ex mera iniuritate aut impavitate

[p. 277]

alicui illatum.

QUAESTIO V.

UTRUM IN RELIGIONE CHRISTIANA A SAPIENTISSIMA
DEI PROVIDENTIA ALIQUOD TRIBUNAL INFALLIBLE
⁵ EXISTAT, QUI VARIAE CIRCA IDEM CONTROVERSIAE
DEFINIENTUR?

131. Observandum primo quod per scripturam sacram et per sacram traditionem nobis transmissa fuit divina omnis revelatio antiqua et nova. Primo: Scriptura Sacra est collectio omnium librorum

¹⁰ sub divinae revelatione aut impulsione scriptorun, seu omnium librorum quibus conflatur Antiquum et Novum Testamentum et quibus ut divinis sufragatur ecclesia catholica. Secundo: traditio sacra est collectio quarundam veritatum divinitas revelatarum, quae in libris sacris non fuerunt scriptae et ¹⁵ depositae, sed quae in memoriam hominum fideliter conservantur, et ab aevo in aevum humano documento transmittuntur.

132. Ante Moysem primum divinae revelationis scriptorem, primum librorum sacrorum auctorem in sola ²⁰ traditione stabat divina illa omnis revelatio quae prius facta fuerat Patriarchis. inde excepta est collecta a Moyse divinitus inspirato divinailla revelatio transivi in Sacrum Geneseos Librum. Post Christum praeter veritates illas revelatas, quae in Scriptura Sacra continen-²⁵tur, existere aliae veritates revelatae in sola Ecclesia Christianae memoria, fuere olim in ipsis Christi Apostolis depositae illae, scilicet quas ore suo docuerunt et in scripta sua non retulerunt Apsotoli et quarum pars magna hodie in operibus Sanctorum Patrum, pars altera in vo-³⁰cali et permanenti Ecclesiae Christianae documento conservatur. Ultimae istae veritates revelatae id ipsum sunt quodlibet sacrae traditionis nomine intelligimur. Cui traditioni non minorem esse auctoritatem, non minorem

[p. 278]

deberi fidem et reverentiam, quam ipsimet Scripturae Sacrae docet ac definit Concilium Tridentinum. Sit

133. Conclusio prima.

Sapientissimam Dei providentiam maxime docuit eri-
5 gere in religione christiana tribunal aliquod infalibile quo
indefectibiliter definerentur et terminarentur variae cir-
ca fidem divinam controversiae. Probatur primo conclusio.
Deo in omnibus suis operationibus et beneficiis essen-
tialiter libero placuit divinam dare nobis religionem
10 in qua permultas sunt veritates obscuras ad fidem
et mores interdum relativae, et quarum certam et de-
terminatam haberi cognitionem saepe interest ma-
xime: ne unde pax conscientiarum, tranquilitas
humanorum societatum sancta et manifesta Dei
15 in suam religionem providentia inturbetur et
pesundetur.

134. Probatur secundo: certa et determinarta haberi
non potest cognitio de obscuris illis veritatibus ad fidem
aut ad mores pertinentibus nisi dupli via et modo,
20 nempe aut per privatas totidem manifestationes
unicuique individuali animae divinitus factas, aut
per solemnes definitiones communis alicujus tri-
bunalis a Deo instituti et divina infallibilitate mu-
niti. Priorem viam et modum attribuunt Protestantes
25 Deo, posteriorem Catholici. Quod priorem viam
et modum non degerit Deus demonstrat experientia
quandoquidem ope istius viae qua spiritum pivatum

[p. 279]

nuncupantur res contradictoriae, oppositas in divina revelatione
vident sectae oppositae.

135. Quod eandem viam si debuerit eligere
Deus sufficienter demonstrat speculatio. Nam sapientissimum
⁵ illi Deus, qui simplicissimas et foecundissimas dumtaxart
leges adhibet in regimine mundi hujus aspectabilis a se
ipso fieret absurde, dissimilimes et diversus in regimine reli-
giosi a se instituto: si repudiata generali et simplici
manifestandae veritatis via, privatum quemlibet hominem
¹⁰ intrinsecus ipse edoceret per succesivas totidem revelatio-
nes, manifestationes, quae absurdum miraculorum con-
tinuitatem exigerent si a Deo immediate oriuntur, quae
hominem innumeris anxietatibus exponerent, si a so-
lo homine emanat; quod viam et medium posteriorem
¹⁵ elegerit Deus tum auctoritate rationis, tum auctori-
tate Scripturae Sacrae demonstrant Catholici.

136. Si rationi aus-
cultandas, manifeste docuit Deum in definiendis et de-
terminandis veritatibus illis obscuris viam generalem
²⁰ et certam praeviis particularibus et in certis assumere.
Si auscultamus Scripturae Sacrae clarissimis et certi-
ssimis textibus permultis edocebimus viam generalem
et certam prae viis particularibus et incertis a Deo fui-
sse de facta assumptam. Tertio, unde sive philosophice
²⁵ scrutemur, quod docuerit agere Deum, sive religione ex-
pendamur, quod se egisse festetur ipsem Deus; utrin-
que existere in religione Christiana infallibile aliquod tribu-
nal qui indefectibiliter definiri et determinari possit
variae circa fidem divinam controversiae.

³⁰ 137. Conclusio secunda.

Tenetur homo tum quod injustum et in honestum est
devitare; tum quod justum et sanctum praescribitur
agere: peccat reus et poenae dignus futurus si secus

se gixerit. Probatur conclusio. Cum homo sit in se liber et
³⁵ a Deo essentialiter dependens, evidens est teneri homi

[p. 280]

nem ad id omnes agendum aut vitandum quod agi aut vitari imperat supremus legislator Deus: evidens est hominem vere in Deum legislatorum revelationis verique proinde in se criminis esse reum, si aliqua libere violent et infrigat
⁵ legem, quamper semetipsum immediate tulerit Deus aut quam tulerit legitima aliqua auctoritas a Deo stabilita et consecrata.

138. Probatur secundo. Cum Deus sit essentialiter justus, cum Deus essentialiter et improbet et vetet et damnet quidquid in se crimen et scelus est, evidens est essentiali sua rectitudine teneri Deum ad justas criminis et sceleri poenas rependendas, sive in praesenti vita, sive in vera aliqua futura.

139. Conclusio tertia.

¹⁵ Ab idea Dei essentialiter justi, et justam virtuti mercedem, criminique poenam non specialiter reperentis in praesenti vita, legitime concluditur aliam homini post funera futuram esse vitam, ubi justa sua sit virtuti merces et crimini poena. Probatur conclusio: essentiali sua rectitudine tenetur manifeste Deus justum aliquod certis discrimen decernere et ponere inter scelestium et nefarium hominem et hominem probum atque innoxium, ac proinde justam alteri poenam et alteri mercedem indefectibiliter decernere et rependere. Cum

²⁵ autem tum quotidiana nostra observatione tum generali omnium historiarum testimonio edoceamur, illud in praesenti vita non specialiter fieri, necesse est evidenter alteram esse hominem vitam, ubi essentialem suam habeat divina justitia effectum.

³⁰ **140. Conclusio quarta.**

Nullatenus repugnat quod altera haec vita sit aeterna, tum in ratione merendis, tum in ratione poenae, unde nihil ratione absonum habet quod in hac re docet Christiana Religio. Probatur conclusio primo. Docet Christiana religio

[p. 281]

mercedem virtutis et poenam criminis futuram esse aeternam, quod utrumque phylosophice rationi nullatenus repugnare. Sic paucis ostenditur et evincitur nullatenus repugnat felicem piorum et proborum sortem, in altera ⁵ vita esse aeternam, si enim repugnat illud, illa repugnantia se teneret vel ex parte Dei remunerantis, vel ex parte animae remuneratae. Atqui neutrun dici potest. Non prius: nulla enim repugnantia in eo est quod Deus in se infinite potens et infinite beneficus, sine fine futurus sit liberalis ¹⁰ et munificus erga eos homines quos vita praesens fecit divina ipsius amicitia dignos. Non posterius, nulla enim repugnantia in eo est quod anima humana Deo volente, nullum habeat existendi finem, et divina beneficentia indesinenter et sine fine pateat.

¹⁵ **141. Secundo:** nullatenus repugnat infelicem impiorum et improborum sortem in altera vi-

ta esse aeternam sive infinitum sit, sive mere finitum
in genere offensa peccatum in ipsis puniendi. Patet pars
prima dilemmatis, nempe, quod peccatum possit sine fi-
²⁰ne puniri, si sit infinitum in genere offensae. Nam offensa
infinita potest puniri poena infinita, atque homo utpote
finitus in suis actionibus non potest affici poena infinita in
ratione intensitatis, ergo superest ut poena possit affici in-
finita in ratione durationis.

²⁵ **142.** Certa est pars posterior dilem-
matis, nemque quid peccatum possit sine fine puniri
et sit finitum in genere offensae. Nam instar axiomatis
moralis apud omnes recepti est, quod eo major sit
offensa quo nobilior persona injuria subiens, et
³⁰ vilius persona injuriam inferens. Ex hoc autem
morali axiome sequitur quod injuria Deo illata
ab homine peccante sit offensa excedens omnem offen-
sam finitam, unde sic ratiocinari licet: offensa
excedens omnem offensam finitam potest puniri poena
³⁵ finita omnem poenam excedere; ergo potest puniri

[p. 282]

poena aeterna. Probatur consequentia. Poena ab homine peccatore
repetenda non excederet poenam omnem finitam, nisi esset aeter-
na; si enim non esse aeterna finita foret, tum ratione intensitatis
tum ratione durationis. Ergo, si peccatum potest puniri poena finita
⁵ omnem poenam excedente, potest puniri poena aeterna.

143. Tertio. Fundamenta-
le religionis Christianae dogma est aeterna Beatorum felici-

tas, aeterna reproborum infelicitas. Huic autem dogmati omnimodam a divina revelatione certitudinem obtinenti, favet
¹⁰ potius quam adversatur philosophice ratio; cum in hanc eandem persuasionem solo suae naturae instinctu abierint ubique terrarum antiquissimae. et sapientissimae nationes permulta, cum fateatur Philosophorum sanissimus et sagacissimus Plato in suo Phedone, nihil sibi vissum esse
¹⁵ post maturum rerum examen quod sit sapientiae rationi veritati, quam haec opinio, magis consonum cum instar corollarii fluere videatur Christiana haec fides, tum ex spiritu- litate animae humanae, tum ab ipsam Dei idea, veritatem essentialiter amantis, a crimen essentialiter abhorrentis
²⁰ in omnibus suis attributis infinitum sese ubique exhiben- tis et demonstrantis.

Solvuntur argumenta

144. Objicies 1º. In via praesente seu vita, sua semper est criminis poena et virtuti merces, ergo falsa suppositione laborat prima
²⁵ omnibus illa vita ulterius demonstratio. Antecedens experientia constat: quantis enim conscienter anxietae et irrequie- tae terroribus et angoribus et morsibus excruciali, et excedi solet crimen; aliunde felicissimum quam sua- ve et foecundum est vitae innoxiae sanctum testimonium,
³⁹ quam plena divinae voluntatis et inefabilium deliciarum est interna integratatis incontaminatae conscientia, vir- tunti aliunde misserrimum! Respondeo: distinguo antecedentem. In vita pree- senti sua semper est criminis poena virtutisque merces insufficiens et incompleta, transeat antecedentem. Sufficiens et

[p. 283]

completa et Deo scelerum vindex et virtutum remuneratione digna, nego antecedentem, et consequentiam.

145. Non satis certum est

quod homines scelestos et nefatio sita specialiter excrutient angores et morsus conscientiae, quod homines probos et innoxios, quod scelestis et nefariis similes fecit teterima calumnia, ita efficaciter consoletur et delectetur internum conscientiae incontaminatae testimonium. Prioribus remordentes conscientiae stimulus adimit per saepe longus, et frequens scelerum habitu. Posterioribus suavisissimus vitae innocentis et integrar delicias magnam in partem tollit innocentiae sua manifestandae ablata spes. Existentiā Dei justi et futurae alterius vitae supponunt inharentes virtuti aliunde misserrimae pars et deliciae, ergo inde male impugnatur futurae alterius vitae necessitas.

146. Objicies 2º. Fieri potest

ut pii et probi per peccatum originale aut per peccata personalia perdiderunt jus suum ad futuram vitam felicem, fieri potest ut improbi et impii suorum veniam peccatorum ante mortem obtineant ab infinita Dei misericordia nihilque proinde retineat quod alteram vitam infelicem exigat; ergo nulla est, sive ex parte Dei sive ex parte hominis, vita ulterius necessitas. Respondeo: nego antecedentis utramque suppositionem, quam sic paucis ostendo et explico.

25 147. Quodcumque supponatur

deperditum ab homine pio et justo jus, essentiali Dei rectitudini, non adimitur divina necesitas sese justam ex

hibendi, non admittitur divina obligatio discernendi et ponendi justum aliquod sortis discrimen inter pios et impios,

³⁰ inter probos et improbos, inter virtutem infelicem et scelus felix; ergo vitae alterius necessitatem, si non importat natura hominis importat saltem natura Dei.

Nulla est ratio supponendi quod homines pii et justi umquam jus suum perdiderint ad mercedem suae virtutis et pie-

³⁰ tatis; si autem sine ratione supponatur ab illo jure excidisse vel per peccatum originalem, vel per peccata sua personalia, divina

[p. 284]

revelatione constat quod ipsis a Deo restitutum sit illud jus.

148. Quodcumque supponatur Deo misericordiae genus, ergo homines impios et improbos certe Deo ademi non debetur divina sua

⁵ sapientia, divina sua justitia, divina sua providentia ex quibus manifeste fluit necessitas rependenti justam aliquam sceleris poenam, vel in vita praesenti, vel in vita futura; esto: possit aliquando Deus per beneficentissimi suae infinitae misericordiae miraculum hominem diu scelerum et nefarium

¹⁰ ad poenitentiam vocare ante mortem, et felici in altera vita sorti destinare. At manifeste decet infinita sapientia, Dei providentiam et in ordine naturae sic in ordine gratiae, secundum generales alias leges agere. Unde homines scelerios et nefarios, quos nulla ante mortem

¹⁵ appetat ad Deum poenitentiam revocare, plerosque omnes manet misera post mortem vita.

149. Objicies 3º. Infinita Dei

bonitate simul et infinita Dei justitiae repugnat aeterna
pecati poena; ergo in stricto et obvio terminorum rigore
¹⁵ non est assumendum quod in hac re docere videtur Christiana religio.
Probatur antecedens. Enti infinite bono essentiale est infinite pro-
pendere ad indulgendum delinquentibus et commiserandum
patientibus, ad restringendam et limitandam quantum
penes est ipsum poenam flagitis debitam; ergo infinita
²⁰ Dei majestati et bonitate repugnat aeterna peccati poena.
Confirmatur: enti infinite justo essentiale est justam
ponere proportionem inter peccatum et poenam peccati;
nulla autem foret proportio inter peccatum cuius du-
ratio est unius quasi momenti, et poenam quae esset
²⁵ in aeternum duratura; ergo iterum infinita Dei justi-
tiae repugnat aeterna peccati poena.

150. Respondeo: nego antecedentem; humanae boni-
tati et justitiae, saepe admixta sit plurima ingenii extin-
tis debilitas quam saepe excecat et perturbat in imagi-
³⁰ natione impressus rerum horrorem, novo assimilanda est

[p. 285]

divina bonitas et justitia quibus nihil nostrae infirmitatis admixtum
caepit, quas sola regit aeternae et incorruptae veritatis regulas
quas solus movet aeterni et essentiale ordinis amor.

151. Ad priorem proba-
⁵ tionem distinguo antecedentem; ita ut illa propensione necessitetur ens supre-
mum ad manifestandam exterius ordo omni possibili suam
bonitatem intrinsecam ad laxandas nimium sceleritas ha-
beas ad non repetendam a reprobis poenam ipsorum peccati

¹⁰ congruam, nego antecedentem. Ita ut sub illa propensione ens supremum maneat in se liberum ad agendum quidquid ipsum decet agere, concedo antecedentem et nego consequentiam. Infinita Dei sapientia statum
et sancitum ut in praesenti vita suum abundanter effectum haberet divina bonitas et misericordia, ut in vita futura effectum suum plane haberet divina justitia, solis exhortoscenda hominibus scelestis et nefariis.

152. Ad posteriorem proportionem distinguo antecedentem. Inter peccatum et poenam peccati nulla est proportio temporis, concedo antecedentem. Nulla esset proportio aequalitatis, nego antecedentem et consequentiam. Peccatum inter et poenam peccati non requiritur proportione temporis. Quotidie enim nemine sane reclamante praevia ex illis in perpetuum duraturi. Poena vitae numquam recuperanda jure et juste damnantur infractores legum propter culpam, uno hoc momento consummatam. Adesse autem proportionem aequalitati congruas inter peccatum et poenam peccati, patet ex explicatione et demonstratur praecedentis ultime propositionis. Numquam delebitur peccatum morte consummatum. Ergo in aeternum paterbit justa indignationi Dei a peccato essentialiter abhorrentis. Non aequalia sunt omnia peccata in ratione malitiae. Ergo varios et congruos intensitatis gradus debet infinita Dei sapientia et justitia aeterna poenae, quae unicumque ultrix annexetur.

153. Conclusio ex positionis et demonstratis principia fluit, universalis morum regula quae nulla esse potest, et prior et certior et sublimior et efficacior, scilicet, Religio divina cui si fidele obsequium praestiterimus a nullo officio adimplendo abstinebimus,

[p. 286]

ergo Deum pii et dociles erga proximum justi et humani, erga nos-metispsos sancti, et severi, atque ita divina religione duce divina aspirante et auxiliante gratia, omnem adimplebis justitiam perennem in caleis merebitur felicitatem.

⁵ PARS PRIMA ETHICAE
DE ULTIMO ACTUUM HUMANORUM FINE, SIVE DE SUMMO
HOMINIS BONO

154. Ad summi boni consideratione inchoandam esse Ethicam videtur perspicuum, quos morum institutio fine potissimus metienda sit, nec ulla possit uniri certa honesti vivendi via, nisi quo ea ducere debeat, prius fuerit exploratum.

¹⁰ Hinc vulgare illud prodiit efectum: **Finem esse primum** in intentione et ultimum in executione seu assecutione. Quamobrem de fine ultimo, sive summo hominis bono dicendum est nobis, hac prima parte, sed prius quae renditur, quid sit **Bonum generativum**, quid sit malum, ¹⁵tum quid sit finis, ut facilius decerni a nobis possit quis tantum sit ultimus humanorum actuum finis, sit igitur

CAPUT PRIMUM:
QUID SIT BONUM ET QUAE HABENDA SIT ILLIUS DIVISIO

²⁰ **155.** Bonum morale est quod perfectionem aliquam includit ratione cuius rectum est et aptum ut appetere. Appetitus porro est quaedam propensio, quia res quaeque nititur in suum bonum, seu in suam perfectionem. Proprieque

appetitus cognitionem supponit, unde in rebus incriminatis
²⁵ ad suam perfectionem inclinatio quaedam nonnisi

[p. 287]

improprius sensu ac per metaphoram potest appetitus
nominari.

156. Est autem bonum prima sui divisione,
vel bonum per essentiam vel bonum per participationem.
⁵ Proprieque res quae nititur in suum bonum, seu
in suam perfectionem et illud quidem solum Deus est
quae fons et origo bonorum omnium, omnium itidem est
finis in quem omnis diriguntur et ordinantur. At vero
secundum illud boni genus in rebus creatis appareat
¹⁰ angustum equidem acceptum. Dividitur secundum bonum
in bonum metaphysicum, physicum et morale. Me-
taphysicum illius est quod convenit omni enti et reci-
procatur cum ente. Bonum physicum est illud, quod
convenit quilibet rei juxta exigentiam sua naturae.
¹⁵ Bonum morale illud est quod convenit creaturae
rationalis, quatenus agit libere. Sic virtutes sunt
bonum morale respectu hominis.

157. Dividitur tertio in bonum
publicum et privatum, sicut et in absoluto et respec-
²⁰tibus. Bonum publicum illud est, quod vergit in
utilitatem regni, provinciae, aut civitatis, ut comer-
cium. Bonum privatum est illud quod conducit
ad utilitatem personae singularis, ut virtus in Petro
existens. Bonum absolutum illud dicitur quod in

²⁵ se et absolute bonum est, et hoc bonum omni enti convenit. Bonum respectivum est illud quod bonum respectu unius, vel non est bonum respectu alterius; sic frigus est bonum respectu aquae, et non respectu ignis.

³⁰ **158.** Dividitur quarto bonum in bonum animae, corporis et fortunae; bona animae sunt ea quae ad animae perfectionem conferunt, ut scientia, virtutes. Bona corporis sunt illa, quae corpore perfectum reddant, ut pulchritudo. Bona fortunae ea sunt ³⁵ quae casu et fortuitu acquiruntur, ut divitiae. Dividitur quinto bonum in bonum honestum, jucun-

[p. 288]

dum et utile; bonum honestum est illud quod congruit recta rationi, ut Deum collere; bonum jucundum est illud cuius legitima possessio affert delectationem, vg. cibus et potus. Bonum utile est illud quod confert ad aliquid rec-⁵ta ratione consentaneum, sic divitias sunt bona quia conferunt ad sublevationem miseriae pauperis.

159. Attamen ista divisio non est ita accipienda, ut sit generis in suas species. Quippe eadem res, ut veritatis cognitio, ut virtus honesta ¹⁰ simul est utilis et jucunda; mentem enim suavissima perfundit delectatione. Nam nihil profecto amatur nisi idem delectet.

CAPUT SECUNDUM:
QUID ET QUOTUPLEX SIT MALUM

¹⁵ **160.** Existentiam mali satis probant leges naturales et positive, tum divinae tum humanae, quae malum prohibentes plectentesque poenis malefactores satis ostendunt malum existere.

Pessime tamen opinandi sunt Manichaei dicentes quod sicut datur unum principium omnis boni, sic etiam admitti debeat unum principium malum, a quo omnis mala affluerent. Hic error in Metaphysica Deo juvente confutabimus in Tractatu de Deo.

161. Malum describitur iter communiter id quod omnia aversatur vel id quod inconveniences est; vel aptius diciatur quod malum est id quod involvit imperfectionem, ratione cuius omnes adversantur illud. Proportione dicendum est de malum divisione, sicut diximus de boni divisione; ita quod tot et talibus modis possit dividi malum, sicut et bonum dividimus. Non immorando igitur in ulteriori divisione mali, dicetur tantum, quod malum sit triplex, nempe naturale, artificiosum et morale.

162. Malum naturale
seu physicum est defectus aliquis, qui in rebus naturalibus reperitur, ut caecitas in homine. Malum artificiosum

[p. 289]

est defectus in rebus artefactis quando, scilicet non sunt conformis regulis artis. Malum morale duplex est, nimirum poenae et culpae. Malum poenae est poena quem Deus infligit peccatoribus

in suorum peccatorum vindictas. Malum culpae est illud quod recti
rationi et legi divinae adversatur, et illud est multiplex, ut colli-
gi potest ex disputatione theologica de peccatis.

CAPUT TERTIUM:
QUID ET QUOTUPLEX SIT FINIS

163. Nomine finis metaphysice sumitur a fine et limitibus agro-
rum, ita quod sicut agri limites ipsum terminant, sic finis
agentis terminatilius appetitum. Existentiaem finis nemo
revocari potest in dubium, quin cite convincatur per tritum illud
et vulgare adagium, Deus et materia nihil moluntur frus-
tra; si enim nihil frustra agant consequenter operantur ob
aliquem finem sicque sufficienter probatur existentia finis.

164. Finis jux-
ta communem definitionem, est id cuius gratia aliquid
fit, et duplex est, scilicet, finis qui experitur, et finis cui
experitur aliquod; vg finis qui experitus in domum cons-
tructionem est commoda habitatio, vinis vero cui haec com-
moda habitatio expetitur est persona, nimirum ipse habitator
in cuius commodum cedit domus. Rursus aliis est finis operis,
aliud finis operantis. Finis operis seu operationis est id, a quo
opus quoddam, aut aliqua operatio per se refertur, ut finis studiis
est veritatis cognitio, quia propter cognitionem veritatis
suscipi debet studium. Finis operandis est id, quod operans
intendit, ut finis ejus qui discit, aut docet Philosophiam esse
potest vel amor veritatis, vel vana curiositas, vel aliquid aliud.

165. Dividitur etiam finis operis in proximum, intermedium
et ultimum; finis proximus et ille qui proxime intenditur.
Finis intermedium qui medio loco expetitur; finis ultimus

ad quem ceteri omnes referuntur qui nihil aliud est quin
ipse Deus agit profluere omnis et in quem omnia red-
deunt. Definitur iste finis ultimus, id quod expetitur prop-
³⁵ter se tantum et propter quod caetera omnia experuntur;

[p. 290]

finis autem ille vel verus est proprius et naturalis rerum om-
nium finis, id est, ad quem ultimo res omnis naturalis
referuntur, vel est tantum arbitrarium et ex animi levitate aut
impetu, aut affectu aut cupiditate electus, qualis est pecunia
⁵ respectu avari. Dividitur denique finis in finem naturalem,
qui viribus natuae acquiri potest, et in supernaturalem, specia-
le Dei auxilio requiritur. Sic gratia ad gloriam requiritur
et lumen et visionem beatam.

QUAESTIO PRIMA:

¹⁰ AN DETUR FINIS ULTIMUS HOMINIS

166. Finis ultimus duplex est, vel secundum quid ultimus vel ab-
solute ultimus; finis ultimus secundum quid est ille qui in
aliquo tantum genere terminat actionis hominis; sic messis
dicitur finis ultimus agriculturae. Finis ultimus absolute
¹⁵ ille est, qui omnes et singulas actiones hominis termi-
nat, ita quod actu et virtute explicite aut implicite re-
ferantur ad ipsum. His praebitis, sit

167. Conclusio.

Datur finis ultimus qui in confuso est felicitas in se spec-
²⁰tata, et in pariculari est solus Deus. Patet conclusio, primo ex eo quod
omnes prorsus homines, quidquid agant et cogitent, semper appe-

tet beatitudinem; nullusque sit probus aut improbus qui beatitudinem non exoptet, sive sit vera, sive apparens, ita quod si omnes homines interrogarentur in particulari quid vellent, respon-
25deret quisque illi eose esse beatum. Hanc veritatem confirmat S. Augustinus L. XIII de Trinitate, Cap. 3º dicens quod “omnes homines vellent esse beati, nec miseros velle effici abstrahendos, sci-licet, an reponatur in hac velin illa materia”. Idem resumit L. I De Libero Arbitrio, cap. 14 asserens quod “licet sint mul-
30ti miseri, nemo tamen vult esse miser, sed solum beatus. Propriumque, addit, quod dum aliqui dicuntur volunt miser, non est quod voluerint miseriam, sed quod sponte elegerit tales facere actiones ex quibus ipsis in vitiis et nolentibus resultaverit

[p. 291]

talis infelicitas.”

168. Patet secundo ex hoc, quod finis ultimus in particulari debet esse talis natura, ut in se omnem bonitatis, et per-
fectionis plenitudine contineat, sed solus Deus est ta-
5lis naturae, ergo solum Deus est finis ultimus creaturarum
in particulari. Quod evidenter confirmatur ex Scriptura:
alii textus praecipiunt omnes hominum actiones referri in De-
um, ut in Epistola 1ª ad Corinthios: *sive editis, sive bibitis
aut aliquid aliud facitis omnia in gloriam Dei facite.* Alii
10 vero testantur omnibem hominis appetitum expleri per Dei po-
ssessionem. Psalmum VII: *Satiabor cum apparuerit gloria tua,*
Psалмо XV: *ad implebis me laetitia cum vultu tuo,* Sapientia 7,
Quid mihi est in caelo et a te quid voluit super terram: ob
hoc Divus Bernardus Sermone 18 in Cantica ait: nihil est
15 in rebus quod possit replere creaturam factam ad ima-

ginem Dei, nisi solus Dei qui major est illa.

169. Objicies: actionis

peccaminosae non possunt ordinari ad Deum quoniam ab illo hos avertunt; ergo Deus non est finis ultimus omnium actionum hominis. Respondeo quod licet peccata [non] ordinentur in Deum directe, ut ipsum per se venerentur, ordinantur tamen indirecte in ipsius gloriae, vel enim ea punit, et tunc illius justitiam manifestant, vel ea condonat ex liberalitate et pro tunc manifestat ipsius misericordiam.

²⁵ **170. Dices:** non

etiam omnes actus bonos homines referri ad Deum, cum multos ex illis operemur ad Deum non attendentes. Respondeo: licet tales actiones non referantur ad Deum actu explicita, virtualiter tamen et implicite referuntur ad illum. Licet enim homo ³⁰ fiat actiones eliciens, non cogitat de Deo, ita tamen debet esse affectus, ut velit similes actiones ad Deum ultimum ordinari.

QUAESTIO SECUNDA:

AN TENEATUR HOMO OMNES ACTIONES AD DE-

³⁵UM TAMQUAM FINEM ULTIMUM REFERRE

[p. 292]

171. Nullus sine fine quoddam ultimo esse potest actus humanus, in omni quippe actus humano liberato aliquid intendimus, aliquod bonum, verum, aut apparet prosequimur, in quo voluntas nostra conquiescit et ultra quod non excurrit, in eo situ est ratione finis ⁵ ultimi. Quare

172. Sit Conclusio.

Homo tenetur omnes et singulas actiones delibera-
tas ad Deum tamquam finem ultimum referre ex amo-
re saltem virtuali. Probatur. Ad illud tenetur homo, quod
¹⁰ jubent lex naturalis, et religionis Christianae documenta, atqui
lex naturalis et religionis Christiana documenta praecipiunt
ut omnes actiones deliberatas ad Deum tamquam finem
ultimum referamur ex amore saltem virtuali, ergo.

173. Probatur prima

¹⁵ pars: a quippe est naturae lex et lex qualibet ad eum fi-
nem tendat, ad quem vi suae creationis, et ab auctore suo
destinata eat, atqui finis ultimus ad quem creatus et
destinatus fiat homo est ipse Deus; siquidem in eo solo
sitam esse nostram beatitudinem, ut postea ostendimus;
²⁰ aliunde homo non tendit ad Deum, nisi ad illum suas
actiones referendo, saltem virtuali, ergo.

174. Praeterea dictat lex

naturalis ad Deum referenda esse, quae ab eo accepimus, atqui
a Deo creantet conservante habemus, quidquid vitae, quid
²⁵ facultatis, quidquid boni et perfectionis
nobis inest; praecipit ergo lex naturalis ut omnia nostra
referamus ad Deum tamquam finem ultimum. Quod ra-
tiocinium non semel adhibent Sancti Patres. “Haec regula di-
lectionis, inquit Augustinus, divinitus constituta est, ut
³⁰ omnes cogitationes tuas et omnem vitam tuam...
in illum conferas a quo habes ea ipsa, quae confers”, Libro 1^a

[p. 293]

De Doctrina Christiana, cap. 22.

175. Probatur secunda pars, nempe idem jubere religionis Christiana documenta. Primo enium sic praecipit Christus: “Diligis Dominus Deum tuum ex toto corde tuo, et in ⁵ tota anima tua... Hoc maximum et primum mandatum”, Matthaeo, cap. 22, v. 37. Atqui praeceptum illud impleri non potest, nisi omnia ad Deum tamquam finem ultimum ex aliqua dilectione referantur, ut patet, ergo. Secundo, supraenuntiat apostolus, “sive manducatis, sive bibetis, sive aliud quid faci-¹⁰tis, omnia in Dei gloriam facite”, 1^a ad Corinthios, capite primo, v. 31, et in Epistola ad Colosenses cap. 3, v. 17 ait *omne quodcumque facite in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jessu Christi facite*. Quis autem dixerit opus aliquod propter Dei gloriam et in nomine Jessu Christi fieri nisi ad ¹⁵ Deum tamquam finem ultimum ex amore aliquo referatur?

176. Tertio, tandem docet religio Christum Redemptorem nostrum nos totum, velut servos emptitos sanguine suo sibi acquisivisse juxta illud Apostoli ad Corinthios ²⁰ capite 6,v. 19: “*Non estis vestri, empti enim estis praetatio magno*”; atqui servus modico licet praetio emptis nullo momento sibi vivere debet sed Domino suo, quanto magis igitur nos tanto praetio acquisiti, non nobis sed Domino et redempti nosdtri vivere debemus? Totam ²⁵ vitam nostram, et in aliquam tantum illius partem morte acerbissima Christus redimit, ergo totam vitam nostram et non aliqua solum ejus momenta in Christi gloriam, et amorem impendere tenemus. Hinc Apostolus ge-

neratim et sine illius temporis vel actionis discriminē
³⁰ ita statuit: *Pro omnibus mortuus est Christi et qui vivunt jam non sibi vivent, sed ei qui pro ipsis mor-*

[p. 294]

tuus est. 2. ad Corinthios, capite 5, v. 15; ergo ex religionis Christianae documentis, constat omnes actiones nostras ad Deum tamquam finem ultimum esse referendae, ex dilectione saltem virtuali, aliunde eandem legem nobis imponit lex naturalis, ergo.

⁵ Solvuntur objecta

177. Objicies 1º. Ex Philosophorum et Theologorum consensum praeceptum affirmativum non semper obligat; atqui praeceptum jubens agere propter Deum est affirmativum, ergo. Respondeo, distinguo majorem: praeceptus affirmativum quod omnes actiones nostras ¹⁰ non complectitur semper non obligat, concedo majorem; praeceptum affirmativum quod omnes actiones nostras complectitur non semper obligat, nego majorem, et distincta minorem nego consequentiam.

178. Revera praeceptum affirmativum quod omnes actiones nostras non involvit semper ¹⁵ non obligat, hujusmodi praecepta de honorandi parentis, de sublevando pauperem; neque enim semper et quolibet tempore obsequii nostri actus in parentes sunt exercendi, nec eleemosyna pauperis eroganda, sed tantum ubi de se dederit occasio. Praeceptum vero quod omnes actiones nostras ²⁰ complectitur quamvis affirmativum semper nos obstrictos tenet, ut ipsamet verba satis indicant. Porro praeceptum, quo jubemur agere propter Deum tamquam

finem ultimum ad omnes actiones nostras pertinet, et
ne minimas quidem excludit, ut liquet ex aposto-
²⁵licis sententis supra laudatis. Et vero nisi ita
foret res aliquando liceret agere propter crea-
turam tamquam finem ultimum, ac proinde debemus(?)
propter se diligere atque id nunquam licitum
est, siquidem tum *cupiditas est*, inquit Augustinus Libro 9
³⁰ de Trinitate, capite 8, cum propter ea amatur creatu-
ram, etc.

[p. 295]

179. Instabis, impossibile est homini omnes. Actos suos ad De-
um referre, ergo praeceptum de quo agitur omnes actiones
nostras non complectitur. Respondeo, distinguo antecedentem: impossibile est
ho-
mini singulos actos suos ad Deum referre intentione ac-
⁵tuali et expressa, concedo; intentione virtuali, nego antecedentem et
consequentiam.

180. Itaque duplex distinguitur agentis
intentio; alia scilicet actualis et expressa, altera virtua-
lis; ille agit propter finem intentione actuali et expressa,
qui attendit et recogitat finem ad quem opus suum diri-
¹⁰git. Id autem virtualiter agit propter finem qui virtute
intentionis prius conceptae, in suaque mente etiam num mo-
raliter perseverantis, aliquid operatur propter finem
sibi propositum licet de eo non cogitet. Sic viator dicitur
suos passus ad locum quem tendit referre, quamvis ipsius
¹⁵ mentem perpetua non afficiat cogitatio loci propter quem iter-
suscepit.

181. Porro moraliter quidem impossibile est, ut omnes et singulas actiones nostras ad Deum referamus intentione et cogitatione actuale et expressa; id quippe non ferunt variae ²⁰ quibus distrahimus curae, naturaque nostra infirmitas et incons- tantia sed possumus omnes actiones nostras ad Deum referre intentione saltem virtuali, ad illu enim efficiendum sa- tis est, ut agamur ex proposito in omnibus Deo placendi quod prius in animo conceptum, deinde revocatum non fuerit, ²⁵ atqui hoc modo propter Deum semper agere possumus: nonne semper ex anime beatitudinis agimus, quamvis de [ea] saepenon cogitemur? Ne autem propositum in omnibus Deo placandi, vi cuius propter Deum vere agimur semper debilitetur et elangueat, illud exsuscitemur ne- ³⁰ cesse est actiones nostras ad Deum actuali et expressa cogitatione et delectatione frequenter referendo.

182. Objicies 2º. Actiones ex se bonae, honestae et rectae rationis consentientes bonitate sibi propria

[p. 296]

veluti quoddam pondere ad Deum referunt, ergo minime necesse est ut agens hujusmodi actiones ad Deum referat intentione seu amore virtuali. Respondeo, nego antecedentem. Possunt quidem praedic- tae actiones ad Deum referri, minime autem referuntur ex se ⁵ et bonitate sibi propria veraenim ad Deum relatio. Nec esse nec concipi potest sine aliqua voluntate, sine aliqua intentione qua tendimur ad Deum, atqui nemo sanus dixerit actio- nibus quantumlibet bonis, et rectae rationi consentaneis in esse aliquam voluntatem aut intentionem; illud enim ¹⁰ non operis, sed operantis proprium est qui cum sine in-

tentione et amore esse non possit, vel ad Deum vel ad creaturam tamquam finem ultimum suam refert actionem: si pri-
mum recte agit, si secundo bona quidem in se est, et quod in se est et quoad substantiam est actio, sed ipse bonum non est cum in creatura,
¹⁵ non in Deo, sistat et conquiescat.

183. Objicies 3º. Quod jubetur

lege naturali nomini ignotum esse potes; atqui tamen a multis ignoratur praeceptum de referendis ad Deum nostris actionibus, ergo non pertinet ad legem naturalem. Respondeo: nego majorem.
²⁰ Multa sunt enim officia a lege naturali imposta, quae tamen plurima latent, sive quia debitam ad ea cognoscenda diligentiam et attentionem adhibent, sive quia praejudiciis et cupiditatibus caecantur. Hinc non raro contingit ut homines in iis etiam quae ad legem naturalem pertinent, ex ig-
²⁵norantia peccent.

184. Objicies 4º. Tenetur quisdam homo suos omnes actus ad Deum tamquam finem ultimum referre; sed illud fieri potest ex alio, praeter amorem Dei, motivo laudabili, ergo. Respondeo: nego minorem. Namque ex concessis tenetur homo omnes actus ad
³⁰ Deum referre, tamquam finem ultimum; atqui praeceptus illud impleri non potest sine aliquo Dei amore propter se; si enim agens Deum propter se non amet, jam in Deo tamquam in fine ultimo non conquiescit. Finis quippe ultimus ex omnium consensu, est ille quem ita intendit voluntas, ut vg eo sis-
tat, nec ultra excurrat, atqui ubi Deus propter se non diligitur

[p. 297]

tum in eo voluntas ultimo non sistit, sed in creatura. Vo-

luntas enim, ut S. Fulgentium, Libro I Ad Monimum, cap. 18
aut in infimo bono necesse est miserabiliter iaceat, aut
in summo bono feliciter conquiescat, ergo praeceptum de
referendi ad Deum tamquam finem ultimum nostris
actionibus impleri non potest sine aliqua Dei dilectione propter
se.

CAPUT QUARTUM: DE BEATITUDINE

185. Sicut finis subordinatur bono, quoniam omnis finis
est bonus, et omne bonus non est finis, sic etiam beatitudo subordinatur fini, ut minus late patens ipso fine,
quandoquidem non omnis finis est beatitudo, licet beatitudo sit finis omnium agentium naturalium. Unde quia jam agimus de bono et fine in praecedentis capitulos, nun habemus in praesenti capite subjungere aliqua de beatitudine, quae est finis omnium hominum aliciens ipsos ad actos suos instrументos conformiter ad moderamen rationis.

186. Jam ergo beatitudo sic a nostro Penitentiario describitur: “est bonum aliquod sive simples, vel multiplex ita ex sua natura satiativum hominis, ut excludat ab illo omnem molestiam et disciplicentiam quam haberet tam ex praesentis mali inconvenientis, quam ex absentiae boni convenientis”. Beatitudo sic descripta dividitur communiter in veram et apparensem; prima est ea quae consistit in possessione summo bono, nempe in possessione Dei **antecedenter pervisionem et formaliter per amorem**, secunda est illa **quam voluptuosi homines constituant de suis voluptatibus se credendo felices dum**

³⁰ ipsis fruuntur.

187. Dividitur ulterius beatitudo vera
in objectivam et formalem; objectiva **ea est ipsum**
objectus beatitudinis in cuius possessione dicimus beati

[p. 298]

formalis autem est action per quam possidetur formaliter beatitudinis objectum, sive sit cognitio sive sit amor essentiae divinae. Dividitur denique beatitudo in natualem et supernaturalem. Naturalis (si forte datur) **consistit in cognitione et fruitione Dei**
5 quae haberi possit cum affluentia bonrum animae et corporis
ac carentia gravium malorum omnium tam poenae quam
culpae. Supernaturalis beatitudo est ea quam possident homines et angeli in caelo existentes, qua clare et intuitive vident Deum, ut gratiae et gloriae auctorem.

10 QUAESTIO UNICA:
IN QUO SITA SIT VERA HOMINIS BEATITUDO

188. Conveniunt unanimiter omnes in significatione et conceptis beatitudinis; sed in bono illo assignando mirum est quot partes et errores divisus fuerint
15 philosophi: vita quae hoc nomine digna est, ut vita dicatur, non est nisi beata, et beata non est nisi aeterna, inquit S. Augustinus. “Hanc volunt omnes, sed ad hanc tum magnam possessionem qua itur? Instruxerunt sibi vias Philosophi errores. Alii dixerunt hac via eundum; alii non hac sed hac latenteos via, qua Deus superbiis resistit, lateret ad nos nisi venisse ad nos ipsa

qui est via, veritas et vita". Narrat autem ex Varro-ne Veteros illos in 2828 diversas de summo bono senten-tias dispersas abisse.

25 189. Ea tamen diversitas et multitudo
ad tres aut quatuor classes potest reduci. Prima est eorum
qui summum bonum in bonis corporis collocabant,
ut sunt sanitas, pulchritudo, robur et alia hujusmodi
sive a natura, sive ab arte. Secunda, eorum qui volup-
30 tatibus corporis aut etiam, animi, vel in hac vita ut di-
citur de Epicureis, vel etiam in alia, ut Mahometani.
Tertia, illorum qui in bonis fortunae, ut sunt opes,
et honores. Quarta denique eorum qui in bonis animi

[p. 299]

ut sunt scientia ac virtutes, velin utriusque scilicet corporis et animi.

190. Ante quam ad quaestionis resolutionem accedar,
advertisendum oportet tres conditiones requiri in beatitudine
objectiva; prima est ut sit bonum optimum seu summum, ita ut
5 ad illud ad omnia referri debant, et illud ad nihilum alterius;
secunda ut sit perfectum et excellens super omnia bona.
Tertia, ut plene satiet, ita ut praetera nihil sit appetendum
saltem ex indigentia et cum anxietate, nam felicitas nullius
rei indiga est, sed ex se ipsa sufficit; jam ergo

10 191. Sit Prima Conclusio.

Ad veram proprieque dictam beatitudinem homo desti-
natur. Probatur: intime concii sumus in nobis existere quemdam
summae beatitudinis appetitum, quo perfecte et immutabili-

ter beati esse volumus, atqui hominem ad felicitatem
15 natum esse probat ille appetitus, siquidem non potest nos decipere.
Primo enim in nobis necessarius est; nemo enim quippe
a se obtainere potest, ut nolit esse beatus. Secundo, constans et perpe-
tuus, nemque et singulis instantibus et singulis actibus
ex ineluctabili hujus desiderii impulsio agimur, ne quid-
20 quam velle possumus nisi aliquam speciem boni praese-
ferat. Tertio, universalis est, cum in omnibus et singulis
hominibus esse prodeat et manifestetur; atqui hujusmodi
appetitus non potest nos decipere, alioquin error in ipsum
Deum merito refunderetur, qui sine ulla causa istud de-
25 siderium nobis indidisse; illud enim mentibus nostris
imprimendi nulla esse potest causa, si nulla sit beatitu-
do qua expleatur, ergo.

192. Sit Secunda Conclusio.

Non datur vera beatitudo ne quidem naturalem in homine
30 puro et mortali, incoata vero et imperfecta potest alicui
contingere. Probatur prima pars, primo ex Scriptura in qua tot vitae

[p. 300]

hujus miseriae leguntur: *Homo, inquit Job, natus de mu-*
liere, brevi vivens, tempore repletur multis miseriis,
longe ergo abest a plenitudine bonorum, cum sit plena mi-
seriis. Nulla etiam tranquilitas, sed bellum continuum.

5 Milita est vita hominis super terram, ait idem, Sanctus Pa-
triarcha, caro concupiscit adversus spiritus, et spi-
ritus adversus carnem; haec enim invicem adversantur
ut ne ea quae vultis faciatis, ait Apostolus Epistola ad
Galatas, Quae major miseria quam bellum perpetuum in-

¹⁰testinum et inextingibile? Propterea mortem
invocat idem Apostolus, *infelix ergo homo, quis me
liberavit a corpore mortis hujus?*

193. Probatur secundo, ratione: nam
beatitudo est status omnium bonorum aggregatione
¹⁵ perfectus; sed talis status non datur in hac vita. Nam
experientia ipsa, qua constat, statum hujus morta-
lis vitae esse potius omnium malorum aggregatione infes-
tatum, de hoc nos convincit. Id patet per omnes
aetates, per erumnas infantiae, per infelicitatem adolescen-
²⁰tiae, per agitationes et curas virilitatis, et per labores
et dolores et infirmitatis senectutis, de quibus singulis
legendo liber de Consolatione qui communiter sub no-
mine Tullii circumfertur. Legendus Seneca, legendos Santos
Patri, praesertim Sanctus Divus Augustinus, Sanctus Gregorius Magnus
quorum ver-
²⁵ba propter brevitatem ommitto.

194. Probatur secunda pars, qua beati-
tudo imperfecta in his bonis consistit, in quorum
possessione rationabiliter homo potest pro hoc statu
quiescere, seu contentus esse, et maxime concurrentibus
³⁰ habitibus virtutum et auxiliis gratiae divinae. Hoc enim
sensu, inquit Psalmus *Beatus vir qui timet Dominum, in*
mandatis ejus cupit nimis. Hoc enim dicitur de homine
mortali per conformitatem ad voluntatem divinam.

[p. 301]

Summa pace gaudent Sancti etiam in extremis miseriis,

gloriamur in tribulationibus aiebat Apostolus.

195. Sit 3^a Conclusio. Hominis beatitudo non sita est in bonis creatis. Probatur: bona creata triplicis sunt generis, alis scilicet fortunae, alia corporis, alia animi; atqui nihil horum potest hominem facere beatum. Patet prima pars: bona fortunae sunt honores,
⁵ dignitates, divitiae, atqui haec tria non possunt hominem vere efficere beatum, primo quidem non honores et dignitates, tum quia non sunt stabiles, nec a solis probis possidentur; vidi, inquit Psalterius Regius, *impium super exultatum et elevatum sicut cedros Libani, transiri et ecce*
¹⁰ *non erat.*

196. Tum quia appetitum irruant ne dum explerant; si quies enim ad aliquem dignitatis gradum perverterit, ad altiorem ardet condescendere; tum quia hominem reddunt variis incommodis obnoxium nempe superiorum
¹⁵ contemptui, aequalium invidiae, inferiorum focis et maledictis, omnium denique importunitatibus.

197. Secundo, nec divitiae veram hominis beatitudinem constituunt. Cum labore enim comparantur, cum timore et sollicitudine conservantur, cum
²⁰ dolore omittuntur. Praeterea, cupiditatem stimulant, non satiant. Denique iis saepe affluunt improbi de quibus sic habet Psalterius Regius. Proptiora eorum plena... *oves eorum fetosse abundantes inegressibus suis, boves eorum crassae;* ergo vera hominis felicita non sita est in bonis for
²⁵tunae.

198. Porobatur secunda pars. Bona corporis sunt sanitas, integritas partium et sensuum, robur, pulchritudo, vis sensuum expedita ad functiones cuique proprias, illo-

rumque appendix voluntas corpora. Actibus haec non sunt pura

[p. 302]

bona, infinitis subjacent curis, miseiirs casibus et timori hostium externorum et morborum interiorum, ac mortis, quae instat undique et semper. Secundo, quod christiano philosopho majus esse debet, quo sanior ac robustior ⁵ est caro, eo magis *concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem*, nec frenare potest corpus nisi castigetur, et in servitudo redigatur; unde satius ille est, cum Apostolo: *in infirmitatibus gloriari*.

199. Tertio, quia in his omnibus homo ¹⁰ est corruptibilis, et oportet corruptibilis hoc induere corruptionem. Quarto, de robore, in hoc consistere nequit beatitudo, quia viribus praepollent athleta et rustici ex hominum fece; imo et istis praevalent boves, equi, elephantes, etc. Quinto, pulchritudo est bonum et adhuc fragilius ¹⁵ et plus inquietudinis quam quietis et voluptatis conferit, ideo vocatur a Philosophis temporis et morbi ludibrium; et propheta Isaias ait *Quod omnis caro poenum et omnis gloria ejus quam flosagri*.

200. Si de corporeis vo-
²⁰luptatibus loquamur difficile est convincere Epicureos et Mahometanos homines, scilicet bestiales, qui in his sunt brutis ipsis turpiores et stolidiores. Tamen primo, summum hominus bonum non debet esse commune cum bestiis et sunt voluptatis corporeae: nequidem pro brutis vo-
²⁵luptas est sumnum bonum; tertio nec satiant, nec sunt

propter se; quarto, non est purum bonum, sed graves curas
exigit et dolores post se trahit ac poenas; unde sapi-
ens dicebat: *extrema gaudii luctus occupat*.

201. Probatur tertia pars:

³⁰ animi bona sunt scientia, et virtus; atqui in his non stat
vera hominis beatitudo, ergo. Probatur minor, primo de scientia. Est
quidam eximia bona et non a bestiis secernit, sed non
summa; primo quia scientia humana quantacumque sit, non

[p. 303]

satiat; solum sapientissimus hominum reperit in ea
vanitatem, sicut in caeteris rebus humanis. Secundo,
in scientia non quies sed labor est. Qui addit scientiam
addit et laborem, non gaudium sed tormentum. Tertio,
⁵ scientiae non sunt perfectae in hac vita nec purae, sed per-
mixtae obscuritatibus et incertitudine.

202. Probatur eadem minor de
virtutibus, ipsis in quibus rationabilius longe poneretur
summa felicitas. Primo, quia ipsae virtutes morales
¹⁰ non sunt propter se. Secundo, quia non tam sunt summ-
um bonum, quia media ad ipsum adipiscuntur. Tertio, ex
suis objectis non multa elevantur, versantur enim
circa res humanas, nec nos Deo conjungunt, nisi
valde indirecete et remote. Quarto, quia felicitas est
¹⁵ potius finis ac merces virtutis quam ipsa virtus, sive
habitualis, quae est propter actus, sive actualis, quae est

transiens et propter aliud. [Quinto]⁷, parum aut nihil habent voluptatis, sed molestiae ac difficultatis in hac vita; nec eximunt hominem a morbis, doloribus, pauperitate, aliisque miseriis, quae cum vera felicitate sociali nequeunt. Hinc Apostolos, licet omni virtutum genere conspicuos, ita vexabantur hujus vitae incommoda ut *eos taederet vivere*. Sic loquebatur Paulus Epistola 2^a ad Corinthios, cap. 18.

25 203. Probatur secundo de omnibus bonis creatis simul, quia neque omnia simul sunt ultima, nec sunt pura nec perfecte satiant; igitur omnia bona creata simul non sunt summum bonum. Patet antecedens primo ex Scriptura, quae omnia quae sunt sub sole vocat vana. Item ex Divo **30** Joanne prohibente: Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt, quoniam omne quod in mundo est, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae.

204. Secundo, quia creatura omnes simul

[p. 304]

non adaequant potentiam animae intellectivam nec voluntatem. Illa enim extenditur ad omnes verum, et ista ad omne bonum; sed creature omnes non continent omne verum et omne bonum, sed tantum verum et bonum creatum, finitum et participatum, ergo.

⁷ Original *quarto*, evidente error del copista.

205. Sit **Quarta Conclusio.** Deus solus est summa hominis beatitudo sive summum bonum. Probatur ille solus est summum bonum hominis qui solus potest omnes illius facultates explere, atqui solus Deus potest omnes illius facultates explere, ergo. ¹⁰Facultates enim hominis revocantur ad intellectum, qui veri cognitionem et ad voluntatem quae boni possessio-
nem prosequitur, atqui Deus solus valet utramque hanc hominis facultates explere nam salus est summa ve-
ritas, summaque bonitas; atqui Deus quatenus summa ¹⁵veritas potest totam intellectus verum inquirentis am-
plitudinem exhaustire, et quatenus summa bonitas potest immensa voluntatis bonum prosequentis desideria sistere, ergo.

206. Hinc Sanctus Augustinus Deum alloquens:
²⁰ feciste nos, inquit, ad te, *et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te*, Libro Confessionum, Cap. 1º, et in Epistola 155: *non facit beatum hominem nisi Deum, qui fecit hominem*. Quod quidem corroboratur ex psalmo 72, ubi dicitur: *Mihi adhaerere bonum est, et ponere 25 in Deo meo spem meam*, et Psalmus 143: *Beati qui habitant in domo tua, Domine*, et Psalmus 83: *satiabor cum apparuerit gloria tua*, ergo.

Solvuntur objectiones

207. Objicies 1º. contra 2am conclusionem: si quid impe-
³⁰diret beatitudinem in hac vita maxime corpus et mortalitas, sed neutra ratio valet, ergo. Probatur minor.

[p. 305]

Christus Dominus fuit beatus in corpore et mortalitate, ita et Divus Paulus et quidam alii. Respondeo: nego minorem et consequentiam probationis. Nam quod Christus fuerit beatus in corpore mortale, id fuit per miraculum et quidem⁵ extraordinarium, idem est de aliis, vg. de Divo Paulo, in nativitate de beata Virgine, etc.

208. [Instabis]. Si corpus et mortalitas hoc impidirent homo posset naturaliter mortem appetere et hanc vita modisset, sed hoc falsum est, ergo. Probatur major.
¹⁰ Eodem appetitu, quo volumus finem debemus velle media et per consequens remotionem impedimentorum, sed talis est vita praesens in hypothesi, ergo. Sicut naturaliter appetimus beatitudinem, ita et mortem appetere debemus. Respondeo ex Scoto, nego majorem et minorem probatio-
¹⁵nis. Nam vita praesens, ut vita, non est impedimentum, sed ut mortalis, unde potest appeti remotione mortalitatis, sed non vitae; nullus appetit dissolvi sed supervestiri, ut scilicet mortale hoc induat immortalitatem.

209. Instabis 2º. Quod potest
²⁰ immediate in hac vita cognosci ut immediate amari propter se, et sic amans posset ipso frui et bearī⁸, sed in hac vita Deus potest immediate cognosci per fidem, ergo et amans esse beatus. Respondeo: distinguo majorem. Si posse tamen clare et distincte concedo majorem, si confuse tantum et abs-
²⁵tractive, nego majorem. Deus enim per fidem et charitatem

⁸ Usa *beari*, pasivo de *beo*, en el sentido de *gaudeo* y *gaudere*, o más precisamente indicando *beatus esse* (literalmente “ser hecho feliz”).

cognoscitur, et amatur immediate, sed non clare et distinc-
te et inclusive, et sic cognitio et amor ille non quie-
tant nec per consequens beant (nam beatitudo for-
malis debet ultimatum satiare animam) potius acu-
³⁰unt appetitu mejus cognoscendi clare distincte ac
intuitive, eo ut sic visum amandi.

[p. 306]

210. Objicies 2º ex Sancto Augustino: ille vero beatus est, qui habet quid-
quid vult; sed plures hoc habent in hac vita, ergo. Probatur
minor, justi et perfeciti habent semper quidquid volunt, quia
sunt semper contenti tamquam bnihil habentes, et omnia
⁵ possidentes. Respondeo: ditinguo majorem. Qui habet quidquid vult,
propter assecutionem positivam summi boni, concedo majorem.
Propter alia motiva, vg. quia de facto per virtutem con-
tentus vivit sua sorte, nego majorem et distincta minorem, nego
consequentiam. Nam qui habent quod volunt, quia contenti sunt
¹⁰ ex temperantia vel conformitate cum Deo non sunt beati
nisi imperfecte, quia justi hoc ipsum faciunt, et sic se-
se moderantur et accommodant divinae providentiae propter ulterio-
rem beatitudinem a consummatam in alia vita possiden-
dam et speratam.

15 211. Instabis. Christus tales vocat etiam bea-
tos de praesenti, vg. pauperes spiritu, quoniam ipsorum
est Regnum Caelorum; et sic de aliis, ergo. Respondeo: nego consequentiam.
Quia illae beatitudines de quibus loquitur Christum in Evangelio
non consistunt in consecutione actuali summi boni, sed
²⁰ in merito et spe jus acquirunt et habent ad gloriam,
non gloriam habens actu. Habens beatitudinem mo-

ralem, non physicam de qua loquimur; sunt in via ad beatitudinem perfectam, non in statu acquisitae.

212. Objicies 3º contra 3am conclusio-

²⁵nem. Id potest esse beatitudo objectiva cuius possessio potest et debet satiare appetitum sine miseria, sed talia sunt bona creata, saltem collective, ergo illa possunt esse beatitudo objectiva. Probatur minor. Nihil enim potest rationabiliter appetere homo praeter omnia bona creata, at illa omnia ³⁰ excludunt omne malum creatum, et sunt aliquo modo infinita, saltem extensive, ergo. Respondeo: nego minorem et antecedentem probationis quoad tertiam partem.

[p. 307]

213. Nam homo a Deo factus est propter seipsum et ad ipsum ex Sancto Augustino. *Fecisti nos Domine, a te, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Ideo negatur etiam quoad secundam partem. Nam licet possessio ⁵ omnis boni creati excludat omne malum, omnem indigentiam et privationem boni omni creati, non tamen indigentiam et privationem boni summi et increati. Qui ad tertiam partem dico, quod licet omnia bona creata collective sint infinita extensive, ¹⁰ non vero sincategorematice. Sic enim solus Deus est infinitus, et ideo solus perfecte satiativus.

214. Objicies 4º contra 4am con-

clusionem: illa non est summum hominis bonum qui ab eo possideri non potest. Atqui Deus ab homine possi-¹⁵deri non potest, ergo. Probatur minor. Deus non potest possideri nisi per

visionem aut amorem; sed Deus non potest videri, est enim immortalis et invisibilis, et Deus nemo vidit unquam, nec videri potest, quo si non potest videri, ita nec amari Deum enim quem non videt, quomodo potest diligere? Ergo. Respondeo: nego minorem et distinguo secundo minorem: non potest vide-re clare et intuitive in hac vita, saltem via ordinaria, concedo, in altera vita, nego minorem et consequentiam.

215. Tunc enim dicimur
Deum possideri, cum in eo viso et amato suavissimae
²⁵ conquiescimur. Possessionis quippe nomine nihil aliud
hic intelligitur quam perfecta et jucundissima mentis
creatae cum summo bono conjuncto. Atqui in Deo
viso et amato possumus suavissime conquiescere
cum ad eum finem ab omnipotentissimo creatore nostro
³⁰ conditi fuerimus. Videbitur et amabimur, inquit
Augustinus, libro ultimo De Civitate Dei, *amabimur et laudabimur*
ecce quod erit in fine sine fine.

[p. 308]

216. Instabis 1º. Deus est infinitus, homo vero finitus, ergo non potest
Deum ab homine possideri. Respondeo: nego consequentiam. Homo enim licet
finitus, Deum cognoscere potest, pariter ergo Deum amare potest
quamvis finitus, ideo possideri.

⁵ **217. instabis 2º.** Illud non potest homini
possidere cum quo nullam habet proportionem; atqui
homo nullam habet cum Deo proportionem; ergo illum
non potest possidere. Respondeo: nego minorem. Duplex a philosophis dis-

tinguitur proportio; alia scilicet, habitudinis, et alia
¹⁰ entis. Prior est relatio facultatis ad objectum qua illud attingere potest. Hujusmodi proportio reperitur, vg. inter mentem et corpora, quia mens potest ea cognoscere. Posterior habitudo nempe entis est duorum ratio naturae convenientiae.

¹⁵ **218.** Porro utraque haec proportio inter Deum et hominem intercedit. Primo quidem proportio habitudinis; Deus enim cognosci et amari; et mens humana Deum potest cognoscere et amare. Secundo est proportio entis non quidem perfecta; cum Deus sit omnium perfectionem genere infinitus,
²⁰ mens vero humana sit finita et imperfecta, sed tamen aliqua est relatio, aliqua similitudo entis Deum inter et hominem: Deus enim cognoscit et amat, quod etiam homini convenit. Praeterea Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam condidit, teste Scriptura, quod certe aliquam, licet imperfectam probat naturae similitudinem sive proportionem.

219. Objicies denique. Appetitui finito sufficit bonum finitum; atqui appetitus hominis est finitum, ergo. Ad eum explendum satis est bonum finitum. Respondeo: distinguo majorem. Si appetitus ille non tendat ad bonum infinitum concedo, secus nego. Porro appetitus bonis

[p. 309]

quamvis finitus, utpote facultatis affectio creatae, bonum tamen infinitum prosequitur. Ineluctabile propensione fertur ad beatitudinem absolutam aeternam et immutabi-

lem, quae nisi in summo et infinito bono sita esse potest,
5 sive in Deo, qui ut aut Propheta Regius, Psalmo 102: *repleti in
bonis desiderium tuum.*

220. Pro conclusione dico, meo videri non posse dari beatitudinem in hac mortali vita. Non enim porro hominem in hac vita posse consequi aliquem statum adeo felicem et quietum, ut mereatur beatitudinis nomen et maxime ob peccata in quae *septies in die cadit justus*. Levissimum enim peccatum majus malum est quam temporalia omnia. Tota igitur beatitudo naturalis, quam homo posit appetere in hac vita, aut sperare et acquirere, consistit in ea bonorum possessione, tam spiritualium quam temporalium, qua fiat ut secundum rectam rationem sit contentus statu suo nec turbetur malis occurrentibus, sed ea vel placide et 20 per media virtutis repellat, aut patienter sustineat juxta illud poetae: *non conturbabit justum quidquid occiderit ei*. Supernaturalis vero, et Christiana beatitudo ejusdem vitae mortalis consistit in assistentia gratiae divine in fide, spei et charitatis, aliarumque virtutum exercitatione per quas mereantur aeternam.

PARS SECUNDA ETHICAE.
DE ACTIBUS HUMANIS EORUM REGULIS

[p. 310]

221. Quodnam sit summum hominis bonum, finisve ultimus declarari statuum oportuit, ut in ipsum omnes

actus humani dirigentur; nunc spectandi sunt ipsi
actus humani quatenus certis regulis in eum finem
⁵ ab Ethica dirigendi. Quare sit

CAPUT PRIMUM:
QUID SIT ACTUS HUMANUS ET QUOTUPLEX?

222. Actus humanum illum dicitur esse, **qui egreditur ab homine cum libertate et advertentia rationis operante**, seu ut loquitur Angelicus Doctor, I-II Quaestio 5^a, cuius homo ut homo dominus est. Ex actibus vero humanis alii sunt interiores, qui eliciti vulgo nominantur. Alii sunt exteriores, qui dicunt imperati, et alii eliciti et imperati simul. mere elici-
15tus est, qui a voluntate tamquam a potentia proxima et physica egreditur sine praevio tamen ipsius voluntate imperio ut prima volitio. Mere imperatus est **qui ex imperio voluntatis ab aliis potentis producitur ut intellectio ab intellectu.** Elicitus et imperatus
20 simul est, qui a voluntate immediate procedit ex praevio ipsius voluntatis imperio, ut actus odii dependens a priori voluntatis actu, quo quis vult alium odio habere.

223. Sex sunt voluntatis actus eliciti quo-
25rum tres circa finem versantur, et sunt volitio seu amor simplex sive complacentia, intentio seu desiderium, fruitio seu possessio; et tres circa media, nimirum electio, consensus et usus. Media vocantur ea omnia quae

[p. 311]

ad finem consequendum conducere possunt. Volitio seu simplex amor est actus voluntatis respiciens finem **ut in se amabilem abstrahendo an sit praesens vel absens, possibilis vel impossibilis.** Intentio est actus voluntatis in finem ut absentem et per media assequibilem atque natura sua efficax, ita ut habeat numquam intentionem voluntatis, nisi adhibeat media a finis consecutionem. Fruitio est amor efficax jam obtenti.

224. Electio est ac-

¹⁰tus efficax, quo voluntas ex pluribus mediis unum prae-
alio amplectitur ad consecutionem finis. Consensus prout est efficax, est actus quo voluntas efficaciter acceptat seu approbat media ab intellectu proposita, ut idonea ad finem consequendum. Usus denique est actus efficax **¹⁵voluntatis seipsam moventis, vel alias potentias applicantis ad executionem medii electi.**

225. Tres etiam

sunt actus voluntatis circa malum: odium simplex, timor et tristitia. Odium simplex est **actus quo vol-**
²⁰luntas adversatur malum secundum se, abstrahendo ab ejus praesentia vel absentia, posisibilitate vel impossibilitate. Timor est actus efficax quo voluntas respicit malum absens **ut per media impedientum.** Tristitia ut est actus voluntatis, est odium efficax mali praesenti.

²⁵CAPUT SECUNDUM
DE VOLUNTARIO ET INVOLUNTARIO

226. Cum actus nostri non sint humani, nisi sint voluntarii, necesse est ut actuum humanorum naturam cognoscamus, aliquid de voluntario et involuntario dicere, sed ante definire oportet quid sit. Voluntas ³⁰ est enim illa animae facultas quae bonum ab intellectu

[p. 312]

propositum spectatur vel malum adversatur. Spectare autem potest vel quatenus vult simpliciter, vel quatenus vult libere. Eam sub dupli respectu expendemur.

227. Voluntarium stricte

⁵ sumptum est quod procedit a voluntate ex praevia cognitione intellectiva singulorum in quibus est actio. Dividitur primo voluntarium in necessario et contingens. Primum est quod est a voluntate operante cum determinatione ad alteram partem oppositorum, sed non indifferente ad volendum et non ¹⁰ volendum; talis est amor increatus quo Deus seipsum amat. Secundum est quod procedit a voluntate operante cum indifferencia ad opposita, tales sunt actus humani. Dividitur secundo voluntarium in voluntarium voluntate propria et voluntario voluntate aliena. Primum est, quod vere ¹⁵ a voluntate nostra procedit. Secundum quod quidem est a voluntate alterius, moraliter tamen nostrae adscribitur et quod voluntas nostra sit in alterius voluntate quodammodo posita a superiore legitimo.

228. Dividitur tertio voluntarium in vo-

²⁰luntarium in se et voluntarium in causa. Primum (quod ab ali-

quibus dicitur expressum sive explicitum) est quod ens in seipso volitum, ut actus a voluntate eliciti vel imperati. Voluntarium in causa (quod etiam implicitum et virtuale nuncupatur) est quod est in alio volitum, seu ²⁵ cujus causa est voluntaria, etiam si effectus displaceat; sic voluntaria est blasphemia illiqui praevidentis se in ebrietate blasphematurum, sese inebriat quamvis blasphemiam non intendat. Dividitur voluntarium in directum, quod est a voluntate mediate vel immediate per influ-³⁰xum positivum operante, et tales sunt actus vel eliciti, vel imperati. Voluntarium indirectum, seu interpretativum, quod est a voluntate non operante, cum possit, et aliquando cum possit et debeat, ut omissio corrigendi pueros delinquentes in patre ad id advertente.

³⁵**229.** Voluntarium opponitur involuntarium,

[p. 313]

est illud quod fit vel vi, vel per ignorantia. Involuntarium vel oppo-
nitur voluntario jubenti vel libero: si primo est id quod fit con-
tra innatam voluntatis propensionem; si secundum, est
actus qui non procedit a voluntate cum possit vel a volun-
tate sine cognitione.

230. Hinc advertendum est distinctionem esse et
discrimen inter involuntarium violentum, coactum et nece-
ssarium. Violentum dicitur per respectum ad quem-
cumque appetitum sive innatum, sive sensitivum,
¹⁰ sive rationalem. Coactum dicitur per respectum ad
solum appetitum elicitorum, sive sensitivum, sive ratio-

nalem. Necessarium denique omni convenit violento,
coacto et involuntario possitive. Nunc inquirendum est
quid tollat aut minuat voluntarium. Cum propensioni,
¹⁵ quae una est voluntarii conditio, opponantur, coactio
et metus qui cognitioni, quae altera voluntarii dos⁹
est adversatur ignorantia. Idcirco quaeri solet, utrum
coactio metus et ignorantia voluntarium perimant. Quod
brevitate possibili vobis in quaestionibus sequentibus exponam.

20 QUAESTIO I:
UTRUM COACTIO TOLLAT VOLUNTARIUM

231. Supposita explicatione quam in secundo capite dedimus de ac-
tibus humanis

sit **Conclusio**. Voluntas cogi potest quoad actus imperatus sive
²⁵ exteriores, minime vero quoad actus elicitus, sive
interiores. Probatur prima pars: voluntas cogi potest quoad
illos actus, qui ipsa prorsus invita fieri possunt.

Atqui actus imperati sive exteriores fieri possunt
voluntate omnino reluctante, ut patet in homine qui in
³⁰ carcerem trahitur. Ergo.

[p. 314]

232. Probatur secunda pars: voluntas cogi non potest quoad illos actos
qui ipsa invita fieri nequeunt; atqui actus elicitus sive
interiores numquam possunt fieri, invita voluntate, si-
quidem ab ipsa et non ipsa peraguntur. Praeterea
⁵ idem esse simul et non esse, atqui voluntas cogi non potest

⁹ Así en el original, no hace sentido.

quin idem sit simul et non sit, id est, quin voluntas
idem velit simul et nolit. Vellit quidem cum ex
hypothesi cogatur aliquid vellet, non autem vellet;
illa enim non vult quae tota vi sua reluctatur; atqui
¹⁰ si voluntas aliquid velle cogeretur, jam tot vi
sua reluctaretur, ergo.

QUAESTIO SECUNDA:
UTRUM METUS TOLLAT VOLUNTARIUM

233. Metus, qui est apprehensio maliverosimiliter
¹⁵**venturi**, dividitur in gravem et levem. Gravis vo-
catur qui grave malum juste timetur, vg. mors,
flagelatio publica, etc. Levis est quo vel leve malum
timetur, vel grave ex causa levi. Primus dicitur
metus cadens in constantem fortemque virum,
²⁰ secundus in virum inconstans et debilem. Certum
est primo, metus levem nullomodo voluntarium tollere
cum neque intellectus cognitionem, nec volunta-
ti electionem precipiat. Certum est secundo, metum
gravem si mentem a suo statu defficiat, et ratio-
²⁵nis usum adimat, voluntarium omnino perimere, ut
satis patet. Moveri igitur controversia non potest
nisi de metu gravi, quo stante manet homo
sui compos, ut vulgo contingit.

234. Sit Conclusio.

³⁰ Metus gravis, quo stante manet homo

[p. 315]

sui compos, voluntarium non tollit omnino sed minuet.
Probatur prima pars. Illud voluntarium non perimit omnino quod neque intellectus cognitionem, neque voluntatis propensionem adimit, atqui metus gravis neque intellectus cognitionem
⁵ neque voluntatis propensionem adimit; id patet in mercatori qui, saeviente tempestate, naufragii metu perculsus, mercedes suas in mare deficit. Cognoscit enim et praetium suarum mercium, et vitae periculum, in quo versatur et actionem ipsam, qua merces suas in fluctus desolvit; hanc tamen libere eligit quia vitam suam pluri facit etim pensuis amat quam merces suas, ergo.
Hinc collige a peccato non esse immunes qui ab gravem metum aliquid perpetrat ex natura sua malum, et vitiosum; idcirco graviter peccaret Christianus, qui
¹⁵ tormentorum metu fidem abnegaret.

235. Probatur secunda pars: illud minuit voluntarium quod minuit propensionem in id ipsum quod agitur; atqui metus gravis minuit propensionem in id ipsum quod agitur. Quae enim ex hoc me-
²⁰tus fiunt plurimam adjunctam habent repugnantiam, ut patet exemplo mercatoris jam proposito; namque merces suas in mare projicere nolle, si eas absque vitae pericula retinere posset, ergo. Nec contra hoc obstat invalidatio Ecclesiae circa matrimonium, et votum si
²⁵ solemne factum, quia non ideo invalida declarantur quia nullo modo sunt voluntaria, sed quia non prodeunt ex consensu satis libero.

QUAESTIO TERTIA
UTRUM IGNORANTIA TOLLAT VOLUNTARIUM?

³⁰**236.** Ignorantia generatim est parentia cognitionis eorum quae quis scire potest. Alia est juris, alia facti, alia poenae. Prima es dum quis ignorat quid jure, seu lege. aut praecepto constitutum sit aut prohibitum. Secunda est, dum ades quidem ³⁵ scientia juris seu legis, sed ignoratur factum seu

[p. 316]

circumstantia facti, quod lege prohibetur. Tertia est dum ignorantia poena tota in delinquentes. Dividitur ignorantia tam juris quam facti in vincibilem et in invincibilem; prima est quae vinci potest, secunda quae nimurum adhibita diligentia ⁵ quam vir prudens aferre potest et debet superari nequit. Sit

237. Sit Prima Conclusio.

Quae fiunt ex ignorantia vincibili voluntaria sunt, totidemque peccata si mala sint. Probatur: quidquid fix ex ignorantia voluntaria, profecto sua in causa voluntaria est, atqui ¹⁰ ignorantia vincibilia est voluntaria, adjunctumque habet, vel explicitum vel implicitum voluntatis consensum; siquidem penes hominum est eam depellere, debitam scilicet adhibendo diligentiam, ergo quidquid fit ex ignorantia vincibili, sua in causa est voluntarium, ac proinde ¹⁵ si malum sit, verum erit peccatum levius aut gravius pro gravitate praecepti et negligentia discendi.

238. Sit Secunda Conclusio.

Ignorantia quaelibet invincibilis tollit voluntarius a peccatoque excusat. Probatur: ex hoc Augustini effato quod rationi maxime est consentaneum: *Quis peccat in eo quod nullo modo caveri potest?* Praeterea Sancta Synodus Tridentina sessione 6, ait capite 11: Deum impossibilia non jubet; atqui nisi ignorantia invincibilia voluntatem perimat, Deus jubet impossibilia, praecipit enim ut a peccatis onibus abstineamus, quod quidem impossibile est respectu illius qui ignorantia invincibili laborat, ergo.

QUAESTIO QUARTA:

UTRUM AD VERE PROPRIEQUE PECCANDUM NECESSE SIT, UT ATTENDAM VEL SALTEM SUSPICEMUR MALUM
³⁰ ESSE ID QUOD AGIMUS

239. Movenda huic quaestioni occasionem dederunt nonnulli casuiste a quosque duplex distinguitur peccati genus,

[p. 317]

nempe aliud philosophicum et aliud theologicum. Philosophicum illud vocant, quod licet rectae rationi aduersetur, tamen non est offensa Dei nec legis divinae transgressio, eo quod ab his comitatur qui Deum non cognoscunt, vel de Deo inter agendo non cogitant, sic eum offendere non intendunt. Peccatum quod theologicum appellant est offensa Dei legisque divinae transgressio, qui ab his committitur, qui Deum cognoscunt et de Deo inter agendum cogitant. Siquis vero suam actionem neque rectae rationi, neque legi divinae adversari noventerit, et actu persentiat, tunc proprie non peccat. Essentialiter hanc doctrinam damnavit Alexander VIII anno 1690.

240. Sit Conclusio.

Ad vere proprieque peccandum non requiritur ut quod agimus malam esse adversam vel actu suspicemur, vel ¹⁵ de Deo cogitemur. Probatur primo: proculdubio peccarunt Judaei qui Christi morti tradiderunt, tum ii qui Apostolos interjecere, tum Paulus cum Ecclesia vexaret, atqui tamen ii omnes in flagitiosis operibus aliquid inesse mali, quod Deo displiceret, neque neverunt neque advertebant. Non quidem ²⁰ Judaei qui Christus cruci affixere cum de iis dixerit, Lucas, c. 23, v.34: *non sciunt quid faciunt*; non Apostolorum interfactores, qui *arbitrabantur obsequium se praestare Deo*, ut asserit Joannis, c. 16, v. 2. Non Paulus qui sic testatur: ego quidem existimaveram me adversus nomen ²⁵ Jessu Nazareni deberi multa contraria, ergo.

241. Probatur secundo. Si ad peccatum requiritur advertentia ad operis gravitatem non peccabunt sceleratissimi homines qui immania facinora sine scrupulo comitunt, atqui hoc absurdum est ³⁰ dicere, ergo. Deinde falsa ex hac doctrina sequeretur primo ab animis nostris repellendam esse tum Dei, tum divinae legi cogitationem ne majori peccatorum numero et gravitati praebat. Secundo respondendum esse eorum conditionem qui Deum quantum possunt, curat animis suis praesentem ³⁵ tem sistere, unde enim grave imminent Dei offendendi periculi, hoc consectaria horrescunt.

[p. 318]

CAPUT TERTIUM: DE LIBERO

242. Duplex distinguitur libertas, a coactione nimirum, et a necessitate. Libertas a coactione **est immunitas ab omni violentia contra voluntatis inclinationem illatam.**

⁵ Haec iis omnibus competit qui sponte, licet ex naturali et interiori necessitate agunt. Libertas a necessitate quae etiam dicitur libertas electionis indifferentiae et arbitrii, ea est quae omnem excludit necessitatem; eo sensum liber est qui potest agere vel non agere, hoc vel illud agere vel ¹⁰ eligere. Haec libertas duplex est, alia scilicet contradictionis, quae **est facultas eligendi alterutrum ex duobus contradictoriis**, amandi, vg. vel non amandi; alia contrarietatis, quae est potestas eligendi alterutrum ex duobus contrariis, bonum vg. et malum. Circa libertatem ¹⁵ duas occurrent quaestionis: prima, in quo consistat; secunda, utrum existat in homine.

QUAESTIO PRIMA:
IN QUO CONSISTAT LIBERTATIS ESSENTIA

243. Duae potissimum sunt in scholis sententiae: prima, libertatis proprie dicta essentiam constituit in aequilibrio potentiae seu virium; secunda sententia libertatis natura deposita sit in indifferentia contradictionis activa.

244. Sit prima Conclusio.

Homo in praesenti naturae lapsae statu vires non habet ²⁵ ad bonum aut malum aequales neque in hujusmodi aequilibrio consistit liberi arbitrii essentia. Probatur primo conclusio ex concilio Tridentino. Definit enim liberum arbitrium primi parentis peccato non fuisse extinctum quidem sed inclinatus tamen, infirmatum ³⁰ et viribus attenuatum; sed hoc esset falsum, siu aequam

habet ad bonum et malum potentiam, ergo.

245. Probatur secundo, ex absurdis quae sequuntur ex hac opinione. Sequitur primo, parum

[p. 319]

curanda esse Scripturae Sacrae praecepta quibus jubemur tentationes et peccandi occasiones declinare; si libero arbitrio semper absit potentia tentationi hic et nunc superandae par et accommodata. Sequitur secundo, non plus virium inesse justis quam 5 peccatoribus et utrosque ad faciendum bonum vitandumque malum, pariter esse expeditos. Sequitur tertio, supervacaneum esse orare nec temptationi pulsati succumbamur. Sequitur quarto, posse absque gravi incommodo peccatoris vitam in criminibus secure transigere, cum integrum potentiam esse 10 convertendum ad Deum quando voluerint habeant; ex his omnibus apertum est ad liberi arbitrii essentiam non pertinere aequilibrium potentiae.

246. Sit secunda Conclusio.

Essentia libertatis sita est in potestate agendi vel non agendi. Probatur: 15 in eo consistit libertatis essentia quod requiritur et sufficit ad eam constituendam; atqui ita se habet potestas agendi vel non agendi; primo quidem ad libertatem requiritur, proprie enim liber esse non concipitur nisi qui in suos actos dominium habet, quod sublata potestate agendi vel non agendi esse non potest. Secundo 20 ad eam constituendam sufficit libertas, enim est facultas eliciendi atqui potest agendi vel non agendi facultatem hanc sibi adjunctam habet, ergo.

247. Observatio.

Homo quandiu non terris peregrinatur, inest quidem
libertas contrarietatis, quia possit bene vel male agere,
ne tamen existimetis male agendi potentiam ad liber-
tatis essentiam pertinere. Unde sit

248. [Tertia]¹⁰ Conclusio. Potentia peccandi ad libertatis essentiam non pertinet.

Probatur: illud enim solum ad libertatis essentiam per-
tinet quod in omnibus libertatis praeditis reperitur, atqui
potentia peccandi in his omnibus non residet, qui li-
bertate pollent. Deus enim proculdubio perfectam
habet libertatem, et ab eo procul exulat peccandi

[p. 320]

potentia. Praeterea quod ex sola cognitionis et amoris
debilitatem suam dicit originem, id liberis arbitrii
imperfectio est, minime vero natura censeri debet;
atqui potentia peccandi, etc. Ideo quippe Deum deserere et
malum implecti possumus quia Deus nec perspicue nec
perfecte cognoscimus nec quantum diligenter debet dili-
gimus.

QUAESTIO SECUNDA:

UTRUM EXISTAT IN HOMINE LIBERTAS

¹⁰ **249.** Quamvis invictum libertatis argumentum suo in
animo gerat quisque cum tamen multi negaverunt. Primo stoici,
qui fati necessitatem admittebant; secundo Manichaei, qui

¹⁰ En el original 2^a.

hominem ad bonum aut alium a principio bono vel mali
impelli docuerunt; tertio astrologi judiciarii, qui in di-
¹⁵versos influxus humanas refundebant actiones; quarto Lu-
terani et Calvinistae qui pronuntiant hominem ad
bonum per gratiam, ad malum vero per concupis-
centiam protrudi vi quadam ineluctabili adversus eos
omnes

²⁰ 250. Sit Conclusio.

Existit in homine proprie dicta libertas agendi vel non
agendi. Probatur primo ex sensu intimo: mihi intime cons-
tat, seu mihi conscientius est ita quaedam agere ut possit
non agere, vg. me deambulationem ita velle, ut possim.
²⁵ Deinde nemo est qui perpetrato scelere conscientiae
stimulos, non experiantur et seipsum non accuret, atqui
conscientiae stimulo oriuntur ab intimo libertatis
sensu, quis enim unquam in iis seipsum condem-
nat quae vitiore non potuit? quis actionibus per
³⁰ somnium vel deliriorum pictis cruciatur?

251. Probatur secundo. Apud omnes
populos praemia sunt virtuti proposita, et poenae
vitio imposta; apud omnes vigent legis con-

[p. 321]

tractus, atqui haec omnia probant universis
populis persuasum esse homines vera libertate praeditos
esse. Quando enim contractus, si pactorum fides ne-
cessario servetur aut fragatur? Quorum leges iis imponentur
⁵ quod regit fatum quoddam ineluctabile? Quid irrisibi-

lius quam proemia bonis et poenas malis decernere
quod non voluntas se invicta necessitate bonos facit vel
malos, ergo.

252. Deinde si homo non esset liber, sequeretur
¹⁰ primo eos esse mera automata rationalia quae hunc, illunc a
causis necessariis impellentur; secundo nullam esse in virtute
laudem, nullumque in vito probum. Tertio, nullam esse
rationem cur animo grato, ergo eos simus qui nobis bene-
ficia contulere, id enim non liberalitatis sed necessitate
¹⁵ adscribendum est.

CAPUT QUARTUM: DE CONSCIENTIA

253. Conscientia est intimum animi judicio de actionis
cujusque bonitate aut pravitate pronuntiantis. Divi-
ditur primo in veram seu rectam, quae dictat licitum aut
²⁰ illicitum esse, quo reipsa tale est, et in falsam, sive
errantem, quae licitum et bonum judicat, quod
illicitum et malum est, vel quae vitium et malum pro-
nuntiat, quod legi est consentaneum. Ubi error
conscientiae depelli potest dicitur vincibilis, quando su-
²⁵perari non potest, debitam addidendo diligentiam appellatur
invicibilis. Conscientia etiam dividitur in latam
et scrupulosam. Lata dicitur ea quae ex levibus tantum
causis cupiditati faventibus licitam esse actionem judicat
vel quae pro levi peccato habet, quod gravissimum
³⁰ existimari debet. Conscientia scrupulosa quae latae
opponitur ea est quae futilibus confectionis ducta anxietate
et sollicite timet nec mala sit actio.

254. Dividitur denique cons-

cientia in certam, dubiam et probabilem. Certa est
³⁵ cum prudenter et sine ullo arguendo periculo

[p. 322]

probabile judicat aliquid licitum esse vel illicitum, bonum vel malum. Dubia est quando rationibus oppositis ita liberatur ut ignoret utrum actio quaedam licita sit vel illicita. Tandem conscientia probabilis dicitur ea,
⁵ quae actionem aliquam bonam aut malam ese judicat ex argumentis verisimilibus quidem, sed quae non omnem excludunt errandi formidinem.

QUAESTIO PRIMA:

AN CONSCIENTIA SIT MORUM REGULA ITA CERTA ET
¹⁰ INCORRUPTA, UT MALUM SIT QUIDQUID CONTRA EAM AGITUR
BONUM VERO QUIDQUID IPSA DICTANTE GERITUM?

255. Sit Conclusio.

Nunquam licet contra conscientiam agere, quod quidem ea dictante feritur, aliquando malum sit. Probatur: illud nunquam licitum est, quod peccandi voluntatem includit, semper habet adjunctam voluntatem peccandi quod fit reluctante conscientia. Agere enim ocontra conscientiam nihil aliud est quam id facere quod prohibitum judicamur, vel illud omittere quod praeceptum credimus, quod profecto voluntatem peccandi includit.
²⁰

256. Probatur secunda pars: aliquando conscientia laborat errore vincibili, atqui malum est sequi conscientiam quae in errore vincibili versatur, cum ideo sit

vincibilis quia errorem illum emendare possit aut de-
25beat. Nonne, vg. peccarunt, qui Christi Discipulos in-
terficiendo obsequium se praestare Deo ex intima persuasione
judicabant, ergo.

QUAESTIO SECUNDA:

UTRUM CONSCIENTIA DUBIA SEQUI POSSIT?

30 **257.** Tutissimam regulam cui firmiter adhaerere debeat
qui conscientiam habet dubiam statuet sequens

258. Conclusio. Qui
conscientiam habet dubiam ab actu debet abstinere

[p. 323]

si nulla urgeat agendi necessitas, quae si adfuerit partem tu-
tiorem, eligere debet. Probatur prima pars. Non licet peccandi periculo
sese objicere, Scriptura enim ait, qui amat periculum in
illo perebit; atqui peccandi periculo sese exponit qui in
5 dubio citra illam necessitatem agit cum nullam certam
habeat regulam, qua deprehendat utrum justum sit an
iniquam quo operatur, ergo.

259. Probatur secunda pars: ad licitum agendum requiritur
judicemus non minime esse peccaturos, atqui cum dubitas
10 eam partem sequitur, quam minor tutam existimat, pruden-
ter judicere non potest nihil esse peccati pertimescendum, imo
longe magis pertimere sibi conscius est se peccaturum, ut
res ipsa clamat, ergo.

QUAESTIO TERTIA

¹⁵ UTRUM LICEAT SEQUI OPINIONEM PROBABLEM IN CONCURSO
PROBABILIORIS?

260. Opinio probabilis ea est, quae nititur vel gravi quaedam auctoritate
vel rationibus non levius momenti, non tamen certis et indubitatis.

Hinc duplex distinguitur probabilitas, alia intrinseca, quae

²⁰ dicitur ex ipsis rationibus alicui sententiae sufragantibus, alia
extrinseca, quae repetitur ex Doctorum auctoritate et tes-
timonio qui eadem in sententia, videntur conspirasse.

Secunda opinio dicitur modo favere legi, cum affirmat rem aliquam
lege prohiberi vel praecipi, modo favere libertati et cupi-

²⁵ ditati, quandoscilicet asserit hanc vel illam actionem nulla
lege vetitam esse aut imperatam. Tertia opinio in conflictum
alterius dicitur probabilior vel minus probabilis prout ratione
aut auctoritate oppositam vincit, aut ab ea vincitur. Si vero
ambae paribus rationum momentis sese liberent, tunc

³⁰ vocantur aequaprobabiles. Quarta opinio dicitur tutor cum
a violanda legis periculo magis removetur quam opposita. Quinta,
probabilitate dicuntur recentiores quidam casuistas,
qui probabilitatem ut certam tutemque morum regulam
intrudunt. Haec sunt de re ea praecipua eorum dogmata. Prima
³⁵ opinionem quamlibet probabilem sequi licitum est; secunda,
in opinionum conflictu minus probabilis simul et minus

[p. 324]

tuta, probabiliori tutorique anteponi potest. Tertia, ea opinio vere est
probabilis, quam vel unius Doctoris gravis sive casuistae auc-
toritas firmavit, sed quam falsa sit haec dictrina, sit

261. Sit Conclusio 1^a.

⁵ Non licet sequi opinionem probabilem, quae favet libertati in concursu alterius probabiliora quae favet legi. Probatur. Qui opinionem minus probabilem in concursu probabilioris sequitur se exponit periculo peccandi, nam locus est timendi, nec legem violet, si forte existat, pro cuius existentia stant graviora rationum momenta. Sed non licet se exponere periculo peccandi, ergo. Deinde clamat recta ratio Deum esse praे omnibus aliis diligendus atqui profecto Deum non ita diligit qui sententiam minus probabilem libertati blandientem sequitur, dum alia probabilior in gratiam ¹ legis occurrit, tunc enim id favit vel omittit, quo Deum graviter offendendo esse judicat et quidem probabilius. Praeterea, non licet temere et impudenter agere, atqui ita se gerit, qui sententiam minus probabilem eligit neglecta probabiliori, quae favet legi; nam ita se gerit, caret ² certitudine morali qua judicare debet bonam et honestam esse suam actionem ergo.

262. Sit secunda Conclusio.

Non licet sequi opinione probabile quae favet libertati in concursu alterius aequa probabilis, quae stat pro ²⁵ lege. Probatur: qui animum habet duabus oppositisque opinionibus aequi probabilibus distractum is vere proprieque dubitat; atqui in dubiis tutior pars est eligenda, quae quidem regula non sequeretur ab eo, si opinionem quae libertati favet et cupiditati amplecteretur, neglecta altera ³⁰ aequa probabili, quae stat pro lege. Posteriorem enim hanc sententiam eligendo, nullum in periculum incurreret legem divinam violandi huic autem discrimini sese objiceret, si alteram opinionem cupiditati patrocinantur sequeretur ut per se notum est. Ergo.

³⁵ **263. Corollarium.** Ergo probabilistarum doctrina non potest esse morum re-

[p. 325]

gula, in eo quippe sita est, ut semper liceat opinionem probabi-
lem sequi, ea semper admissa nullum erit flagitium quod licitum et
innoxium evadat.

264. Animadvertio.

⁵ Pro solutione argumentorum contra has omnes quaestiones
factorum quia ego propter temporis inopiam amissi, recurrite vos as
Patrem Lugdunensem et ad Theologos Morales Probabilistas,
praesertim ad Patrem Henno.

CAPUT QUINTUM: DE LEGE AETERNA ET NATURALI

¹⁰ **265.** Lex suum habet a ligando, quia proprius illius effec-
tus est subditos quasi ligare et constringere ad faciendum vel
omittendum aliquid. Lex generatim et breviter definiri potest
regula agendorum vel omittendorum. Dividitur in aeternam et
naturalem et positivam. De hac ultima sequenti in capite
¹⁵ tractabimus, nunc de aliis.

266. Lex aeterna, quae fons caeterorum
est, primaque actuum humanorum regula, nihil aliud est
quam **aeternus ordo et summa ratio in Deo ab aeterno existens,**
qua immutabiliter continentur quaecumque facienda sunt aut
²⁰ **vitanda.** Lex aeterna, inquit S. Augustinus Contra Faustum, est ratio
divina vel voluntas Dei ordinem naturalem conservari ju-
bens, perturabi vetans.

267. Lex naturalis juxta Divus Thomas est
participatio legis aeternae in rationali creatura dictans et
²⁵ praescribens illud esse agendum, quod est intrinsece bonum, et
illud fugiendum quod est ab intrinseco malum. Dicitur autem primo parti-
cipatio legis aeternae, quia lex naturalis ab aeterno non est di-
versa, utraque idem hubet et vetat, utraque praecipet ut omnis
sint ordinatissima, et prohibet quidquid ab ordine immutabi-
³⁰li deflectit. Dicitur secundo, in rationali creatura, cui scilicet ab
auctore naturae indita est sicque differt lex naturalis a le-
gibus positivis, quarum nullum in mentibus nostris repe-
rit vestigium, a libera enim legislatoris voluntate omni-
no pendent. Dicitur tertio, praescribens illud esse agendum quod intrinsece
³⁵ bonum etc. quae enim jubet aut vetat lex naturalis, non ideo sunt

[p. 326]

bona quia praecipiuntur, aut mala quia prohibentur, sed idcirco praecipi-
untur quia ex se bona, aut prohibentur quia ex se mala sunt et natu-
ram rationalem dedecent. De lege naturali tria sunt inqui-
renda: 1º. utrum existat; 2º. an mutationem aut dispen-
⁵sationem admittat; 3º. utrum invincibiliter ignorari possit.

QUAESTIO PRIMA: UTRUM EXISTAT LEX NATURALIS

268. Cum lex naturalis id praecipiat quod ex se bonum, idque vetat quod
ex se malum est, eam sustulere nonnulli veteres, qui nihil
ex natura sua bonum aut malum, nihil honestum aut
¹⁰ turpe, justum velin justum sese docuerunt. Boni aut mali
scilicet discrimen moralis omnino repetendum esse contende-

bant, ex hominum opinione consuetudine et conventis arbitriariis, quibus sese invicem obstrinxerunt, ut sive pri-
vatorum sive societatis utilitati consulerentur. Hinc
¹⁵ juxta ipsos, sola utilitas est justi mater, et aequi subla-
tisque hujusmodi pactis et legibus arbitrariis, nihil hones-
tum esset aut turpe, nihil laudandum aut vituperandum.

269. Horrendam hanc
doctrinam renovavit postremisce temporibus Thomas Ho-
²⁰bbes, cuius impium systema paucis resumo: in statu
natura, inquit, sive ante quamlibet legem positivam,
omnia erant perinde licita. Furtus, homicidium, adulterium
in eo statu non fuerunt crimina, sed non nisi prop-
ter leges civiles talia evasere. Ita etiam sentiunt recen-
²⁵tio rem quidam Deistas. Cum autem hoc opinionis mons-
tru concutiantur morum religionis et societatis
fundamenta,

270. Sit Conclusio Prima.

³⁰ Bonum et malum morale ex natura sua diffe-
runt. Probatur primo: si nullae sint actiones ex natura
sua bona vel mala, omnes erunt prorsus ex se
indifferentes, ac proinde potuit Deus furta vel homi-
cidia imo sui ipsius contemptus, et odium praecipere;
³⁵ sed juxta horrendum illud consectarium refugit et

[p. 327]

dicitur omnium animis in sua ratione, ergo.

271. Probatur secundo, istae propositiones:

fidem in pactis servare, legibus civilibus obtemperare bonum est,
easque violare malum; istae, inquam, propositiones in se ip-
⁵sis verae sunt vel non. Si prius, ergo bonum et malum in generale
ex natura sua differunt. Sicque causam obtinemus; si poste-
rius, ergo licitum est pacta legesque civiles infringere, et fur-
ta, adulteria, homicidia et aliaque hujusmodi facinora perpe-
trare; ac proinde etiam post leges conditas, post mita convenientia
¹⁰ nihil est boni vel mali, quod pugnat cum adversariorum pla-
citis, qui boni ac mali discrimen non nisi ex pactis et legi-
bus reperunt.

272. Sit Secunda Conclusio.

In omnium mentibus existit lex naturalis. Probatur primo: Legis
¹⁵ naturalis nomine intelligimus, lumen quoddam nobis insitum
quo bonum, et malum, justum, et injustum secernimus,
atqui in omnium animis ea lux emicat, suamque non a
legibus civilibus, sed ab ipsa natura dicit originem. Quaedam
enim sunt boni et mali, justi et injusti, honesti et turpis
²⁰ principia omnibus omnium temporum ac regionum homi-
nibus notissima. Unde fit, ut quisquis aliquid fecerit illis
notionibus contrariums internis conscientiae stimulis, etiam
in vitiis, exagitetur; atqui hujusmodi principia cupiditatibus
ingrata omnium populorum animos occupare et quasi orbem
²⁵ universum invadere non potuerunt, nisi eorum cognitio
ex lumine naturali et omnibus communi prodierit, ergo.

273. Probatur secundo: ex taci-
ta virtutis approbatione ita sunt homines a natura comparati
ut etiam moribus perditissimi, virtutem in aliis laudent
³ et mirentur, atqui tacita illa virtutis approbatio, suam
ducit originem a purioribus rationis et conscientiae lumi-
nibus, quibus secreta docentur homines hoc esse justum, illud ve-
rum injustum, etiam ante legis positivas, tum divinas, tum

humanas, ergo.

³⁵ **274.** Probatur denique, non censeri debet minus homini providisse Deum quam brutos animantibus, atqui Deus brutis

[p. 328]

animantibus instinctum quemdam indidit, vi cuius suos in fines impelluntur, ergo et Deus hominibus dedit legem naturalem, sine qua nec sese dirigere, nec ab aliis dirigi possent ad finem suum qui est summum boni vel Dei possessio quam obtinere nequeunt, nisi ⁵ bonum prosequendo, et malum fugiendo.

Solvuntur objecta

275. Si in omnibus hominibus existeret lex naturalis eadem esse apud omnes morum principia, atqui varia sunt apud varios populos morum principia, vg. apud Lacedaemonios furari, ¹⁰ apud Scythes suos hospites truxidare, apud Massagetas parentes senios confectos occidere licitum est, ergo.

276. Respondeo primo: nego majorem. Etiamsi enim nonnulli homines primaria quaedam morum principia non admitterent, inde minime sequeretur non existere ¹⁵ legem naturalem, sed id unum colligi posset, nempe hujusmodi homines praejudiciis excaecatos, cupiditatibus distractos paradoxarum proriginem obreptos, vocem naturae non audisse, nec ad eam satis attendisse.

277. Respondeo secundo: nego minorem. Primaria enim

²⁰ morum principia¹¹ lucem tam splendida animos
percellunt, ut in his admittendis non potuerint non consentire omnes
homines ratione utentes, sed in his ad quosdam casus accomodan-
dis aliquando errarunt. Sic Lacedaemonii non omnium pro-
misque rerum sed edulium dumtaxat furta permissere; nec
²⁵ omnibus sed junioribus tantummodo solerter subriperent,
qui enim deprehendebantur, poenas dabant. Hujusmodi au-
tem furta permittere posse existimabant, ut juniores
Lacedaemonii suam acuere industriam, et a pueritia disserent
noctu vigilare, insidias struere, et deinceps in bello fierent
³⁰ Reipublicae utiliores.

278. Scythae putebant licite occidi posse patriae
hostes, et insidiosos exploratores, quod verum est; sed in eo
errabant, quod omnes advenas pro exploratoribus et hostilis
haberent. Sicque principium verum male applicabant. Ma-
³⁵ ssagetae non ignorabant collendos ac diligendos esse parentes,
nunc autem naturae praecepto sese obtemperare credebant
cum parentes senis confectos, variisque morbis conflictis

[p. 329]

interficerent ad eos e tantis malis liberandos. Id unum igitur
probant objecta et alia similia exempla, nempe quosdam popu-
los in applicandis morum principiis interdum allucinatos
esse, non vero ea refecisse, ergo concludendum est.

5 279. Instabis. Ex viatorum
relationibus constat, repertos fuisse quosdam populos, qui bonum

¹¹ El original añade *non admittere*, tachado, quizás de otra mano.

a malo non secernebant, et apud quos vitia, quae in caeteris hominibus natura condemnat, virtutes reputabant, ergo et ipsa juris naturalis principia apud omnes populos non videntur.

¹⁰ Respondeo: data et non concessa relati num illarum veritate, nihil inde contra legem naturalem concludi posse, neque enim ex unius vel alterius populi moribus et institutis de jure naturae judicandum est. Gentes quippe illae nedum naturam humanae constitutionis imaginem referant omnem contra humanitas-
¹⁵ tis sensum exuisse, videntur haberi igitur debent tanquam monstra in ordine morali, et politico.

280. Objicies secundo. Sola utilitate

mensura est justi et injusti, boni et mali moralis, ergo ex natua sua non differunt. Probatur antecedens: homo licita facere
²⁰ de quidquid proprie utilitati judicat consentaneum, ergo.

Respondeo: primum et secundum antecedentem nego. Nam si utilitas esset justi et injusti mensura, sequeretur 1º Deum non esse justum cum ipsis nihil sit utile et nulla re indigeat; 2º nullum Deo, nullum parentibus amorem deberi, nullamque fidem
²⁵ in promissis, nisi quatenus unicuique prodesse; 3º innumera sclera fieri licita, si in nostrum commodum cedant; uno verbo, totius humanae societatis subversio.

281. Deinde quamvis homi-

ni liceat proprium quaerere commodum, non tamen
³⁰ idcirca licet facere, quidquid utile est. Prodere enim patriae, parentes occidere, etc. aliquando videtur utile, quis autem dicere ausit licitam esse patriae proditionem, parentum occisionem? Praeterea nihil vere proprieque nobis utile est nisi quod sit honestum, existit enim Deum scelerum
³⁵ vindicta cui maxime displicet quidquid ab honestate alienum est, a quo detinaatur homo ad vitam honeste

[p. 330]

transigendam, et societatem cum aliis retinendam, quae omnia stare non possunt, si licite unusquisque praesentem utilitatem in omnibus consectetur.

282. Instabis. Homo innata et ineluctabili propensione

⁵ fertur ad suam conservationem et felicitatem, atqui ex illa propensione jus nascitur faciendi quidquid propriae felicitati et conservationi judicatur necesario, ergo. Respondeo: nego minorem. Patet enim quisque temere judicare aliquid propriae felicitati, et conservationi esse necesario, sed judicio temerario non acquiritur jus certum. Si quis in animum ¹⁰ sibi induxerit postulare propriam felicitatem, ut patriae exi- tum moliatur, ut parentes trucidet, numquid stati haec ipsi licita erunt? Quinimo nedum dictet recta ratio in esse hominibus faciendi, quidquid ad vitam servandam necessary judicat, jubet contra vitam fortiter objicere, si illus postu- ¹⁵ let utilitas publica, sicut enim bonum communne melius est privato bono, sic debet propriam vitam negligere privatam si id exigat Reipublicae utilitas.

283. Objicies 3º. A natura acceptam

habemur libertate et potentiam agendi quidquid libuerit; atqui ²⁰ potestas a natura concessa est jus proprio dictum, ergo nobis jus inest quidquid libuerit faciendi, ac proinde nihil ex se bonum aut malum est.

284. Respondeo: nego minorem jus enim inter et potentiam im- mane sit discrimin, namque 1º quisque Deum contemnere, ²⁵ odisse amicum beneficii auctorem, ipsumque patrem occi- dere; numquid idecirco haec omnia efficendi jus habet, nihil certum absurdum magis et horrendum fingi potest; 2º vera inest nobis

facultas pacta infringendi, atqui tamen ea licite violari negat ipsa Thomas Hobbes.

³⁰ **285. Instabis 1º.** Vana prorsus foret ea potentia cuius lictum non esset exercitium, ergo potentia quam a natura traximur, a jure non distinguitur. Respondeo: nego antecedentem; vana quippe dici nequit potentia quae laudis et meriti fons est asc radix, atqui potestas cuius lictum ³⁵ non est exercitium laudibus et meritis locum praebet. Si enim non alia quam licita agendi facultas hominibus inest,

[p. 331]

tum boni faciendi necessitate constringerentur, nec inde ullus proinde merito locus superesset, ergo.

386. Instabis 2º. Ideo sum-mum jus in omnia Deus habet qui infinita est ipsius po-tentia, ergo pariter tam late patet jus hominis, quam ip-sius potentia. Respondeo: omiso antecedente, quia supponit aliquid ab-surdi, nempe jus ad omnis Deum habere, alias posse Deum creaturas, etiam innocentes acerbissimis crutiare suppliciis, nego consequentiam et paritatem. Ratio discriminis ¹⁰ quo Dei potestas nulli alteri sufficiatur, contra vero creaturarum potestas a Divina prorsus pendeat, et ideo po-ssit Dei legibus coerceri, ergo etiam si Deus ab infinitam suam potentiam ad omnia jus haberet perperam conclu-deretur nobis lictum esse quidquid possumus.

¹⁵ QUAESTIO SECUNDA:

UTRUM LEX NATURALIS MUTATIONEM ET DISPENSA-
TIONEM ADMITTAT

287. Antequam ad quaestionis resolutionem accedam supponere de-
beo primo, quaestionem esse de lege naturae proprie, id est,

²⁰ aliquid praecipiente aut prohibente, nam si tantum
permissive se habeat nec jubendo nec prohibendo, extra
dubium est posse mutari, ad eoque posse in ea aliqualiter
dispensari.

288. Suppono 2º. Epicheiam, quae est emendatio legis
²⁵ ex parte qua deficit propter universale, seu quia prae-
cipit universaliter sicut lex positiva, sed particula-
riter et descendendo ad cassus et circunstantias particu-
lares.

289. Suppono 3º contra Ockhanum, et quosdam alios
³⁰ non posse Deum totam legem naturae abrogare nisi cer-
te destruit creaturam rationalem, necessario debet
legem naturae condere ut illam precte gubernaretur, ita
et necessario debet hanc conservare ut illam conservet
et debite regat.

[p. 332]

290. Suppono 4º legem naturalem posse mutari saltem indi-
recte per ampliationem, quia quotiescumque homines le-
gem aliquam ferunt, indirecte ejus materia ampliatur in
quantum lex naturae percipiens, ut obediamus justis
⁵ superiorum legibus imperat u huic particulari obedia-

mus.

291. Suppono 5º. Aliud esse epicheiam, interpretationem, abrogationem, derogationem et dispensationem.

Epicheia siquidem est **declaratio quod lex superioris universaliter lata non obliget in aliquo casu particulari, quia praesumitur quod si legislator adesset tali casu legem non ferret. Interpretatio est alicujus verbi aut sententiae obscurae circa legem per aliud manifestatio, ita ut interpretatio verba legislatoris et** ¹⁰epicheia ipsius mentis despiciant. Abrogatio est totius legis abolitio. Derogatio tandem alicujus partis. Dispensatio autem est relaxatio obligationis legis in particulari casu aut persona, permanendo eadem materia, ac iisdem circumstantiis objectivis ¹⁵cum quibus, seclusa illa relaxatione, lex subditus omni obligaret. De dispensatione sic sumpta procedit quaestio. Hic suppositis.

292. Sit Prima Conclusio.

Papa non potest dispensare in his quae sunt de jure ²⁵naturae; ita Doctores communiter. Probatur: non potest inferior dispensari in lege superioris nisi sit ei specialiter concessum, sed nec legitime nec sufficienter probatur concessum esse a Deo Summo Pontifici dispensare in iis, quae sunt de jure naturae, ergo.

³⁰ **293. Sit Secunda Conclusio.** Nequidem Deus dispensare potest etiam in propria in praeceptis saltem negativis primae tabulae, nec in iis

[p. 333]

quae in eo reducuntur. Probatur: non potest Deus facere ut malum perseverans malum possit licita fieri, sed si posse in praefatis dispensare hoc facere potest, ergo. Major esse clara. Probatur minor, quia facere potest ut quis lici-
5 te Deum odio haberet, irreverenter tractaret¹², blasphemaret, idola coleret, quae ita sunt ex suis intrin-
secis mala, ut velit nolit Deus semper maneant mala,
cum sint talia independenter ab hujus voluntate. Praeterea implicat ut Deus seipsum odio habeat, alterum ut
10 Deum colat, ergo implicat ut hoc alteri pertineat, quia unum non minus ipse repugnat quam alterum.

294. Sit Tertia Conclusio.

Potest Deus proprie dispensare in omnibus praeceptis secundae tabulae, si excipias praeceptum prohibens fal-
15 sum testimonium. Probatur prima pars: nulla potest urgens ratio assignare, ob Deus non posset dare licentiam facien-
di actus alioquin jure naturae large sumpto prohibitos vg. non occidendi innocentem, non moechandi, non furan-
di, etc. ergo. Probatur antecedens. Ratio potissima esset, quod tales
20 actus haberent aliquam indecentiam, aut quod propria dispensatio Deo conveniri non possit, sed haec rationes non urgent, ergo. Minor probatur. Non primam quia etiam in humanis multa sunt quae aliquam indecentiam habent quae tamen accedere jussu principia nobis videntur licita peragi.

25 295. Non secundam,
quia ut Deus proprie dispensem in praecepto vg. non occident-

¹² Hay una palabra borrada en el original.

di, sufficit quod per actum sui absoluti dominii possit efficere ut occisio illa sit licita, manentibus omnibus caeteris circumstantiis, ob quam aliae
³⁰ occisiones sunt prohibitae, sed Deus id facere potest et fecti, ergo. Minor patet de occisione Isaac praecpta Abrahamo quae afficiebatur omnibus circums

[p. 334]

tantiis, ob quas aliae occisiones sunt prohibitae, praeter circumstantiam praecepti divini. Patet idem de dispensatione in sexto pracepto, cum Osea propheta quando Deus ipsi praeccepit ut accipiat mulierem fornicariam et faciat filios fornicarios. Patet hoc praeterea circa septimum praceptum quando Deus hebraeis concessit spolia aegyptiorum, ergo.

296. Scio adversarios respondere inillios exemplis quod cum tantum mutasse materiam praecepti de non occidendo, quo no prohibetur occisio qualiscumque, sed
¹⁰ tantum privata auctoritate, sicque Deus non tantum proprie dispensavit formaliter, sed tantum materialiter per mutationem materiae et circumstantiarum, etc.

297. Sed contra est, re-torquendo sic etiam dici posset, quod nunquam superior dispen-set dando licentiam homini sano comedendi carnes in die jejunii, aut alii extra necessitatē, portandi arma noctu prohibita, sed quod solum mutet materiam praecepti, quo solum prohibetur comes-tio carnis propria auctoritate facta contra licentiam
²⁰ superioris. Unde illa circumstantia liceitatis ex auc-

toritate legislatoris et juris traditi ab eo est ipsa
intrinseca natura¹³ dispensationis, unde
hoc ipso, quod possit addere illam circumstantiam, potest
proprie dispensare, nam assignent adversarii aliquam
²⁵ dispensationem etiam humanam, quae esset propria dis-
pensatio, etiam sine tali circumstancia apposita; ergo,
aeque bene dici potest quo id Deus absolute id potuerit concedere prae-
cissee per hoc quod praecipiat vel consulat id, qualioquin
foret prohibitum quam quod potuerit id concedere, per
³⁰ hoc quod dederit jus ei apposuerit circumstantiam dati juris.

[p. 335]

298. Probatur secunda pars. Mendacium est adeo intrinsece malum
et contra rationem Dei et naturam, ita ut ob ejus indecentiam
falsi nequeat Deus ipse mentiri, nec talem indecentiam
homini concedere, imo licet mendacium non esset intrinsece
⁵ malum morale aequae tamen implicaret Deum per se vel
per alium posse mentiri, eo quod adhuc physice repugnet
primae veritati, quae es perfectio Dei simpliciter simplex, sicut
error etsi si non sit intrinsece malus moraliter, Deo tamen ab-
solute repugnat, sicut et mors vitae infinitae divinae.

¹⁰ Solvuntur objecta

299. Objicies iº. Deus non potest facere licita ea quae prohibentur in
praceptis secundae tabulae, ergo. Probatur antecedens: Deus non potest varia-
re naturas rerum, sed ut prohibita in praceptis secundae

¹³ Repite dos veces *natura*.

tabulae fiant licita, debet eorum naturas variare, cum
¹⁵ sint ex suis intrinsecis mala, et naturae rationali diso-
na, ergo. Ad argumentum respondeo. Nego antecedentem; ad probationem
nego minorem, et distinguo ejus invitam probationem. Nempe
ea quae prohibentur in praceptis secundae tabulae sunt ex suis
intrinsecis mala quando adest praecptum Dei ein contrarium,
²⁰ nego; quando non adest praecptum Dei in contrario, concedo.

300. Etsi lumen na-
turae diceretur non esse furandum, occidendum, etc. illud tamen
non dictat, quando adest praecptum Dei contrarium jubentis
aut permittentis, sicut licet dictet lumen naturae obedien-
²⁵dum esse superiori, non tamen ubi dispensat in sua lege,
unde tunc non viariat natura rerum quia indecentia
aut dissonantia naturae rationali, quae inest actibus
prohibitibus in secunda non est ipsis intrinseca; hoc sen-
su, quod si de eorum essentia aut proprietas ad ipsis in-
³⁰superabilis, sed hoc sensu quod naturae rationali statim
apparent disconenientia quod non intervenit Dei dispensatio,
secus si interveniat.

301. Instabis 1º. Actus illi independenter
a Deo sunt mali, ergo dispensem Deus vel non dispensem
³⁵ remanent mali. Respondeo: distinguo antecedentem. Actus illi inde-

[p. 336]

pendenter a Deo sunt mali, sic ut etiam non prohibentur sunt
mali, concedo. Sic ut nunquam possit eorum malitia tali, nego
antecedentem et consequentiam.

302. Instabis 2º. Prohibitio non facit ut sint mali quandoquidem non sunt mali quia prohibiti, sed e contra prohibiti quia mali, ergo. Nec facit dispensatio ut desinant esse mali. Respondeo: nego consequentiam. Disparitas est quod ante omnem prohibitionem disconveniunt rectae rationi, non disconveniant autem posita Dei dispensatione, quia recta hominis ratio est, inquit Divus Thomas II-II, Quaestione 154, art. 2, ad 2um, *secundum quod regulatur*. Voluntas divina quae est prima et summa regula et ideo quod homo faciut ex voluntate Dei ejus pracepto oobediens, non est contra communem ordinem rationis.

15303. Instabis 3º. Dispensatio respectu illorum actuum est extrinseca, ergo non potest tollere eorum malitiam. Respondeo: distinguo antecedentem; est extrinseca respectu actuum in se concedo, respectu actuum prout intellectui subjacentium, nego. Ut sic enim repraesentantur, ut quodammodo informatori illi illa dispensatione ratione cuius de disconvenientibus apparent rectae rationis convenientes.

304. Pro majori horum intelligentia dico: malitiam dici ipsis intrinsecam, non quia ipsis essentialis est, sed qui illam non habent ab extrinseco, sicut prohibita per solam legem possitivam; unde physice spectati nec sunt essentialiter mali, nec essentialiter boni, nec essentialiter indifferentes, quia moraliter tantum convenient actui physice considerato accidentaliter et sic non est mirum, quod sine dispensatione sint mali, et ipsa accidente possint esse boni, aut saltem indifferentes.

305. Objicies 2º. Ex Divo

Thoma, Deum non potest dispensare in praceptis quae continent intrinsece ordinem justitiae, sed praecepta omnia naturae in Decalogo utriusque tabulae continent intrinsecum or-

³⁰dinem justitiae, ergo. Major patet, quia Deus non potest dispensare ut fiat injustitia. Probatur minor. Praecepta naturae in Decalogo prohibent id, quod est intrinsece injustum et [...]

ÍNDICE

<i>Celina A. Lértora Mendoza</i>	
Introducción	5
Pars Secunda Philosophiae nempe Ethica	9
In Secundam Philosophiam partem, Ethicam vocatam	
Praefatio	10
Disputatio proemialis. Fundamentalia religionis principia expenduntur	12
Quaestio 1 ^a :	
Utrum alicujus in genere religionis necessitas sit ?	13
Solvuntur objectiones	21
Quaestio 2 ^a :	
An inter plures religiones diversas liceat homini hanc aut illam ad arbitrium amplecti aut sequi?	26
Quaestio 3 ^a :	
Utrum in praesenti ignorantia et depravationis statu, religio homini possibilis et deo digna debeat esse revelata	30
Solvuntur objectiones	33
Quaestio 4 ^a :	
Utinam existat, et quibus sese signis indubitabilis demonstret religio illa unica a divina revelatione dimanans?	40
Objectiones solvuntur	44
Quaestio 5 ^a :	
Utrum in religione christiana a sapientissima Dei providentia aliquid tribunal infallibile existat, qui variae circa idem controversiae definiantur?	67
Solvuntur argumenta	74
Pars Prima Ethicae	
De ultimo actuum humanorum fine, sive de summo hominis bono	79
Caput 1 ^{um} :	

Quid sit bonum et quae habenda sit illius divisio	79
Caput 2 ^{um:}	82
Quid et quotplex sit malum	
Caput 3 ^{um:}	
Quid et quotplex sit finis	83
Quaestio 2 ^{a:}	
An teneatur homo omnes actiones ad Deum tamquam finem	
ultimum referre	86
Solvuntur objecta	89
Caput 4 ^{um}	93
De beatitudine	
Quaestio unica:	
In quo sita sit vera hominis beatitudo	94
Solvuntur objectiones	102
Pars Secunda Ethicae.	
De actibus humanis eorum regulis	108
Caput 1 ^{um:}	
Quid sit actus humanus et quotplex?	109
Caput 2 ^{um:}	
De voluntario et involuntario	110
Quaestio 1 ^{a:}	
Utrum coactio tollat voluntarium	113
Quaestio 2 ^{a:}	
Utrum metus tollat voluntarium	114
Quaestio 3 ^{a:}	
Utrum ignorantia tollat voluntarium?	116
Quaestio 4 ^{a:}	
Utrum ad vere proprieque peccandum necesse sit, ut attendam vel	
saltem suspicemur malum esse id quod agimus	117
Caput 3 ^{um}	118
De libero	
Quaestio 1 ^{a:}	

In quo consistat libertatis essentia	119
Quaestio 2 ^a :	
Utrum existat in homine libertas	121
Caput 4 ^{um} :	
De conscientia	123
Quaestio 1 ^a :	
An conscientia sit morum regula ita certa et incorrupta, ut malum sit quidquid contra eam agitur bonum vero quidquid ipsa dictante geritum?	124
Quaestio 2 ^a :	
Utrum conscientia dubia sequi possit?	125
Quaestio 3 ^a :	
Utrum liceat sequi opinionem probabilem in concurso probabilioris?	126
Caput 5 ^{um} :	
De lege aeterna et naturali	128
Quaestio 1 ^a :	129
Utrum existat lex naturalis	
Solvuntur objecta	132
Quaestio 2 ^o :	
Utrum lex naturalis mutationem et dispensationem admittat	137
Solvuntur objecta	141

FRAY FERNANDO BRACO OFM

Fernando Braco OFM

Ethica

Fundamentalia religionis principia

Quid sit bonum

De summo hominis bono

De actibus humanis

De libero

De conscientia

Regula morum

Lex naturalis

ISBN 978-987-4483-66-9



9 789874 483669